3 *Iudex debet uidere diligenter, utrum opponẽs exceptiones impedientes litis ingreſſum, illas formiter oppoſuerit, & ſe illas incontinenti probaturum obtulerit.*
4 *Exceptionibus prædictis formiter oppoſitis iudex debet ante omnia ſuper illis cognoſcere, & iudicare.*
5 *Iudex reſeruando dictas exceptiones, uel conniuentibus occulis tranſeundo, diciturgrauare partem, & in quo.*
6 *Grauamen prædictum dicitur irreparabile per appellat. à diffinitiua, & ſic ab eo poteſt appellari.*
7 *Exceptionibus prædictis formiter non oppoſitis, iudex poteſt illas reſeruare in fine litis, & in cauſa procedere.*
8 *Et quid in ciuitate Bonon. ſtantibus conſtitutionibus Rotæ & fori Reuerendiſsimi Domini Vicelegati.*
9 *Conſtitutionum Bonon. in quibus except. aliquæ ex prædictis reſeruantur tenor hic habetur.*
10 *Exceptio periurij regulariter non impedit proceſſum ad ulteriora; nec repellit agentem.*
11 *Exceptio iuſiuran. proprie appellatur illa, quæ impedit proceſſum ad vlteriora.*

QVARTVM CAPVT.

ET eſt etiam ſemper aduerten. per iudicem in quacunque cauſa, ad exceptiones quæ opponuntur per reos ab initio cauſæ; quia ſi opponuntur ad proceſſum, ſiue (vt aiunt) ad impediendum proceſſum ad vlteriora,
1 quod idem eſt: & ſint de illis quæ de iure † impediunt proceſſum ad ulteriora, de quibus habetur per glo. & in text. in cap. 1. & per Doct. latius ibidem, de lit. conteſt. in ſexto, & per Bart. & ibi apoſtillan. ad eum in l. cum quærebatur. in princ. & in l. uir bonus. ff. iudicat. ſolui. ubi habetur latiſsima apoſtilla D. Alex. & per Blancum in d. trac. de compromiſsis, loco ſupra citato, & aliquãdo appellantur

2 pellantur litis finitæ: quia † lis finita inſtaurari non debet, & ſuſcitari non oportet, l.cauſas.C.de tranſact.l.fin.C.ſent. reſcindi nō poſſe. tunc ſuper iſtis talibus eſt ante omnia, & ante litem conteſtatam diſcutien.& deciden.tamen etiam in hoc debet aduertere
3 iudex,& cognoſcere diligenter:utrum, ille qui † oppoſuit exceptiones huiuſmodi aliàs impedientes litis ingreſſum, illas oppoſuerit formiter,& debito modo;ut docet Barto.in dictis locis,& in l.fin.ff.pro ſuo: & maxime ſi obtulerit, ſe probaturum incontinēti eaſdem:iuxta Theoricam eiuſdem Bart.in dictis locis.

Et ubi inuenerit,& cognouerit tales exceptiones,fuiſſe formi-
4 ter & debito modo oppoſitas: debet ipſe † iudex: ante omnia ſu-
5 per illis cognoſcere, & iudicare: Nam † reſeruando illas, uel conniuentibus oculis per tranſeundo diceretur grauare partem ad proceden.& laboran. ac expenden.in caſu in quo aliàs procedere,laborare,& expendere non teneretur de iure: quod quidem
6 grauamen eſſet irreparabile,tanquam grauamen facti per appellationem à diffinitiua; & ideo ab huiuſmodi Iudice & à tali grauamine poſſet appellari iuridice etiam de iure ciuili, ut expreſſe notat Bald.in l.2.C.de Epiſco.audi.poſt Bart. in l.2.ff.de appell.recip. uel non: ubi etiam Ange. Areti.idem tenet: & Doctores ibi exempla ponunt.

7 Si uerò † tales except.non eſſent formiter oppoſitæ,& non eſſet oblata probatio in caſu quo offerri debuiſſet:iuxta Theoricam prædictam:tunc poſſet,& deberet iudex ſaluis,& reſeruatis ipſis exceptionibus in fine litis ad ulteriora in cauſa procedere: Sed
8 iſta hodie † non ita diſcutiuntur in ciuitate Bonon.ſtantibus conſtitutionibus particularibus tàm Rotæ eiuſdem ciuit. quàm fori Reuerendiſsimi domini Vicelegati, ſeu gubernat.pro tempore: in
9 quibus diſponitur per hæc † uerba,uidelicet, omnes exceptiones etiam peremptoriȩ reſeruentur in fine litis, exceptis,mandati,rei iudicatæ, tranſactionis, iuramenti,& iuriſdictionis,& in utroque foro dd.conſtitutiones loquuntur ferè per eadem uerba: præterquam quòd conſtitutio fori Reuerēdiſsimi domini: loco iuramenti dicit periurij,quod puto ſtare non poſſe, quia exceptio periurij
10 † regulariter non impedit proceſſum ad ulteriora; nec repellit agentem à limine iudicij: ut per Fely.in c.dilecti.in prin. de exce.
11 & illa exce.quȩ impedit† proceſſum ad ulteriora,proprie appellatur exceptio iuriſiurandi: & eſt illa, quæ reſultat ex iuramento li-

tis

tis deciſiuo per quod lis finitur:ut per glo.adhoc,& prædicta omnia ſupradicta uidenda omnino in d.c.1.de lit.conteſt.in 6.ſuper uerbo (finita) quæ eſt pulcherrima in hac materia:& probat ſupradicta per me: ac docet quid agendum in prædictis de iure communi.

SVMMARIVM.

1 *Iudex cogere debet litigatores, & litis patronos præſtare iuramentum calumniæ.*
2 *Iudex optime faceret ſi ſub certa pœna præciperet partibus,& cauſarũ patronis obſeruare iuramentum calumniæ.*
3 *Iudex ex officio poſſet proculdubio cogere partes, & cauſarum patronos ad præſtandum iuramentum calumniæ, & illud obſeruandum ſub certa pena. Et quare.*
4 *Iuramenti calumniæ omiſſio dicitur abuſus. Et quare.*
5 *Iuramenti calumniæ omiſsio,& receſſus illius ab aula, aperuit uiam calumnijs, & machinationibus iudicialibus.*
6 *Iuramentum calumniæ eſt præſtandum in initio litis; & ſtatim poſt litis conteſtationem.*
7 *Litis conteſtatione ad huc non facta: quis non dicitur agere ſed agere, uelle.*
8 *Emergens queſtio dicitur illa exceptio uel queſtio: quæ ante litis conteſtationem per reum opponitur uel oritur in lite.*
9 *Lite non conteſtata ſæpe occurrit probationes fieri, quæ facilius fiunt per partis confeſsionem quàm aliter.*
10 *Poſitiones fuerunt inuentæ per uſum iudiciorum: ad faciliorem expeditionem litium.*
11 *Poſitiones fieri poſſunt, tam ante litis conteſtationem quàm poſt illam.*
12 *Poſitionibus reſpondere quis cogitur per Iudicem.*
13 *Poſitiones ſuper principali negotio,uel meritis, regulariter non fiunt ante litis conteſtationem.*
14 *Litis conteſtatio, non inducitur per poſitiones, & reſponſiones ad illas datas.*
15 *Poſitiones, & articuli ſunt regulariter admitten.cum reſeruationibus de quibus hic.*
16 *Articuli an ſint de neceſſitate dandi.*

17 *Articuli*

2 pellantur litis finitæ: quia † lis finita inſtaurari non debet, & ſuſcitari non oportet, l. cauſas. C. de tranſact. l. fin. C. ſent. reſcindi nõ poſſe. tunc ſuper iſtis talibus eſt ante omnia, & ante litem conteſtatam diſcutien. & deciden. tamen etiam in hoc debet aduertere
3 iudex, & cognoſcere diligenter: utrum, ille qui † oppoſuit exceptiones huiuſmodi aliàs impedientes litis ingreſſum, illas oppoſuerit formiter, & debito modo; ut docet Barto. in dictis locis, & in l. fin. ff. pro ſuo: & maxime ſi obtulerit, ſe probaturum incontinẽti eaſdem: iuxta Theoricam eiuſdem Bart. in dictis locis.

Et ubi inuenerit, & cognouerit tales exceptiones, fuiſſe formi-
4 ter & debito modo oppoſitas: debet ipſe † iudex: ante omnia ſu-
5 per illis cognoſcere, & iudicare: Nam † reſeruando illas, uel conniuentibus oculis per tranſeundo diceretur grauare partem ad proceden. & laboran. ac expenden. in caſu in quo aliàs procedere, laborare, & expendere non teneretur de iure: quod quidem
6 grauamen eſſet irreparabile, tanquam grauamen facti per appellationem à diffinitiua; & ideo ab huiuſmodi Iudice & à tali grauamine poſſet appellari iuridice etiam de iure ciuili, ut expreſſe notat Bald. in l. 2. C. de Epiſco. audi. poſt Bart. in l. 2. ff. de appell. recip. uel non: ubi etiam Ange. Areti. idem tenet: & Doctores ibi exempla ponunt.

7 Si uerò † tales except. non eſſent formiter oppoſitæ, & non eſſet oblata probatio in caſu quo offerri debuiſſet: iuxta Theoricam prædictam: tunc poſſet, & deberet iudex ſaluis, & reſeruatis ipſis exceptionibus in fine litis ad ulteriora in cauſa procedere: Sed
8 iſta hodie † non ita diſcutiuntur in ciuitate Bonon. ſtantibus conſtitutionibus particularibus tàm Rotæ eiuſdem ciuit. quàm fori Reuerendiſsimi domini Vicelegati, ſeu gubernat. pro tempore: in
9 quibus diſponitur per hæc † uerba, uidelicet, omnes exceptiones etiam peremptorię reſeruentur in fine litis, exceptis, mandati, rei iudicatæ, tranſactionis, iuramenti, & iuriſdictionis, & in utroque foro dd. conſtitutiones loquuntur ferè per eadem uerba: præterquam quòd conſtitutio fori Reuerẽdiſsimi domini: loco iuramenti dicit periurij, quod puto ſtare non poſſe, quia exceptio periurij
10 † regulariter non impedit proceſſum ad ulteriora; nec repellit agentem à limine iudicij: ut per Fely. in c. dilecti. in prin. de exce.
11 & illa exce. quę impedit † proceſſum ad ulteriora, proprie appellatur exceptio iuriſiurandi: & eſt illa, quæ reſultat ex iuramento li-

tis

tis deciſiuo per quod lis finitur:ut per glo.adhoc,& prædicta omnia ſupradicta uidenda omnino in d.c.1.de lit.conteſt.in 6.ſuper uerbo (finita) quæ eſt pulcherrima in hac materia:& probat ſupradicta per me: ac docet quid agendum in prædictis de iure communi.

SVMMARIVM.

1 *Iudex cogere debet litigatores, & litis patronos præſtare iuramentum calumniæ.*

2 *Iudex optime faceret ſi ſub certa pœna præciperet partibus,& cauſarũ patronis obſeruare iuramentum calumniæ.*

3 *Iudex ex officio poſſet proculdubio cogere partes, & cauſarum patronos ad præſtandum iuramentum calumniæ, & illud obſeruandum ſub certa pena. Et quare.*

4 *Iuramenti calumniæ omiſſio dicitur abuſus. Et quare.*

5 *Iuramenti calumniæ omiſsio,& receſſus illius ab aula, aperuit uiam calumnijs, & machinationibus iudicialibus.*

6 *Iuramentum calumniæ eſt præſtandum in initio litis; & ſtatim poſt litis conteſtationem.*

7 *Litis conteſtatione ad huc non facta: quis non dicitur agere ſed agere, uelle.*

8 *Emergens queſtio dicitur illa exceptio uel queſtio: quæ ante litis conteſtationem per reum opponitur uel oritur in lite.*

9 *Lite non conteſtata ſæpe occurrit probationes fieri, quæ facilius fiunt per partis confeſsionem quàm aliter.*

10 *Poſitiones fuerunt inuentæ per uſum iudiciorum: ad faciliorem expeditionem litium.*

11 *Poſitiones fieri poſſunt, tam ante litis conteſtationem quàm poſt illam.*

12 *Poſitionibus reſpondere quis cogitur per Iudicem.*

13 *Poſitiones ſuper principali negotio,uel meritis, regulariter non fiunt ante litis conteſtationem.*

14 *Litis conteſtatio, non inducitur per poſitiones, & reſponſiones ad illas datas.*

15 *Poſitiones, & articuli ſunt regulariter admitten.cum reſeruationibus de quibus hic.*

16 *Articuli an ſint de neceſſitate dandi.*

17 *Articuli parte inſtante dari debent.*
18 *Intellectus rub.ſtatuti Bononien. de capitulis intentionis dandis.*
19 *Gerundium importat formam de ſui natura.*
20 *Gerundium importat conditionem: quando reſpicit aliquem futurum euentum.*
21 *Participium futuri temporis uerbi paſſiui inſtruit quid in futurum faciendum ſit.*
22 *Bald. Ang. Chriſtophorus de Caſtiglione, & Aretinus errarunt in capiendo participium pro gerundio.*
23 *Statutum diſponens, quòd capitula, & poſitiones admittantur ſaluo iure impertinen. &c. intelligitur niſi ſint euidenter impertinen. quia tunc reijciuntur.*
24 *Capitula, & Poſitiones admittuntur ubi parum, & aliqualiter tantum adminiculantur.*
25 *Capitulorum, & poſitionum examinatio in tempus diſputationum, & ſententiæ ex forma ſtatutorum Bonon. reſeruantur.*
26 *Interrogatoria ante omnia diſcuti debent per iudicem.*
27 *Iudicis ſuſpicantis de iure, teſtes non eſſe examinan. decretum quale eſſe debet, ne impediatur proceſſus.*
28 *Decretum admiſsionis teſtium, quòd ponantur ad partes, ſi per iudicem fiat, pars quæ illos induxit: inſtare debet pro nouo decreto; ut ponantur in proceſſu.*
29 *Iudex in practica quemadmodũ ſeruare debet circa admiſsionem teſtium ſaluis exceptis, & pariter circa totalem reiectionem illorum.*
30 *Iuramenti teſtis forma qualis ſit: etiam de conſuetudine.*
31 *Intellectus ad tex. in cap. partium. de teſti. lib. 6.*
32 *Capitulum, uel cõuẽtus eccleſiaſticarum perſonarum litigan. per Sindicũ: de iure poſſunt reſpondere poſitionibus, per ipſum Sindicum.*

QVINTVM CAPVT.

ANTEQVAM vlterius progrediar: nolo omittere nonnulla quę mihi uidentur neceſſaria, & omnino per iudices aduertenda, & obſeruanda; & imprimis dico, quòd ipſe iudex debet obſeruare diſpoſitionem Diui Iuſtiniani: de qua in l. cum, & iudices: & in authenticis ibi poſitis
1 ſuper eam legem. C. de iureiur. propter calumniam dando. † Hoc eſt cogere litigatores, & litis patronos præſtare iuramentum calumniæ

lumniæ ſecundum formam dictæ legis; & authenticarum in ea po
2 ſitarum:& optimum conſilium eſſet † quòd iudex ſub certa pœna per eum exprimenda:iuxta qualitatem cauſæ,& perſonarum declaran.præciperet ipſis partibus litigantibus:& alijs interuenienti bus pro illis:quòd dictum iuramẽtum obſeruarent omnino: ultra alias pœnas à iure comminatas propter inobſeruantiam ipſius iu-
3 ramenti: quia ſi hoc fieret per iudices † etiam ex eorum offitio quòd poſſent proculdubio: cum id tenderet ad repellendum calumnias,& machinationes,& ſic ad bonum publicum:& ad fauorem animarum,certe non eſt dubitandum; quin lites celerius, & iuſtius tractarentur,& expedirentur:ſi non uirtutis amore,ſaltem
4 formidine pœnæ. & declinandus eſt † abuſus ille inolitus à multis annis citra:quòd lites fiant, abſque eo quòd dictum iuſiurandum præſtetur:& ſtatuentes, qui in aliquibus locis diſpoſuerunt dictum iuſiurandum præſtari,ita demum ſi fuerit petitum à parti bus uel altera earum, fuerunt in cauſa ꝙ præſtatio dicti iuſiuran
5 di receſsit ab Aula. † Et aperta eſt uia calumnijs,& machinationibus,quæ quotidie frequentantur in litibus;& ſic iudicio meo per iudices non eſſet omittenda obſeruantia dictæ legis, & dictarum
6 authenticarum de quibus ibi. Et hoc iuſiurandum † eſt præſtandum in initio litis,ut probatur in dicta l.cum,& iudices.in principio,ibi:in primordio litis,& eſt ibi glo.in uerbo(narratione) quæ intelligit illud uerbum(in primordio)cum ſequentibus in illo tex. ut intelligatur poſt litis conteſtationem ſtatim, quia tunc ſatis
7 dicitur in primordio, cum ante ipſam litis conteſtationem † quis non dicatur agere:ſed agere uelle:ut inquit Bart.in l.amplius non peti.ff.rem ratam haberi.Et quia ante litem conteſtatam aliquan-
8 do occurrunt emergentes quæſtiones. † Quia proprie dicitur emergens quæſtio,illa exceptio,uel queſtio:quæ ante litis conteſtationem per reum opponitur:uel oritur in lite: puta pacti de nõ petendo,uel rei iudicatæ:& ſimiles;propter quas, ſæpe partes liti gantes habent neceſſe circa illas facere aliquas probationes. Et
9 quia facilius fiunt per confeſsionem partis quàm per teſtium examinationes: quia ſi aliqua pars reſpondendo poſitionibus uel aliter in iudicio confeſſa fuerit:non ſunt neceſſarij teſtes,cum per cõfeſsionem fiat res notoria. Ideo per uſum iudiciorum fuerunt ad
10 inuentę † poſitiones ad faciliorem expeditionem litium:ut habetur in clem.ſæpe.in §.& quia poſitiones.&c.de verborum ſignific.

Et

11 † Et quæ poſitiones fiunt, & fieri poſſunt tam ante litis conteſtationem ſuper dictis emergentibus, & exceptionibus dilatorijs: quæ tunc probari debent; ut in ca.unico, de lit.conteſt.& in c.dudum.il ſecundo, de elect. quàm poſt ipſam litis conteſtationem
12 ſuper meritis. † Et aduerſarius cogendus eſt illis reſpondere per iudicem. Quamuis ſuper principali regulariter ante litis cou-
13 teſtationem † nón fiunt, niſi in caſibus in quibus probationes poſſunt admitti: & ſi fierent repelli deberent ut per Spec. in tit. de po
14 ſitionibus in §.quarto quæritur quando.&c. † Nec tamen per poſitiones, & reſponſiones ad illas datas, inducitur litis conteſtatio, ſed per petitionem factam in iudicio, & reſponſionem iuxta text. in d.cap.dudum. Et in terminis per Dec.in conſi.283.num.6. Iccirco hic erit locus competens uidendi aliquid in materia poſi-
15 tionum, & articulorum. Poſitiones igitur, & articuli † qui aliàs capitula nũcupantur, ſunt regulariter admitten. ſaluo iure imper tinen.& non admitten. & ſaluis exceptionibus partis aduerſæ. & ita in practica ſeruari conſueuit: de quo ẽt habemus in ſtatutis noſtris: Occurrit aliàs mihi in facto iſta diſputatio, uidelicet: utrum
16 articuli ſint † de neceſsitate dandi parte inſtante quod dentur. Et ego eram pro parte affirmatiua, quia aduerſarius procurator produxerat poſitiones in uim articulorum, quæ erant ſatis confuſæ, & intricatę: taliter, quòd non poterant niſi cum magna difficultate fieri interrogatoria. Et ideo ex hac cauſa inſtabam dari capi-
17 tula formalia: & dicebam quòd † parte inſtante omnino dari debent: allegabam Innoc. hoc probantem in ca.per tuas.de teſt. num.2.uerſi.ſed ſi uult, & ibi Abb.in 3.colum.in fin.& idem tenet Gemin.in ca.præſentium.§.teſtes.de teſtibus lib.6.ubi glo.& Archid.in uerbo articulis, & idem Franc. poſt Ioan. And.in gl.ſuper
18 uerbo (articulis.) ponderabam etiam rub. † ſtatuti noſtri in uerbo dandis; quæ eſt ſub iſtis uerbis concepta, uidelicet: de capitulis intentionis dandis: Allegabam ad hoc Rebuff.ſuper conſtit.Regijs
19 pag.269.in primo Tomo: vbi dicit quod Gerundium † de ſui natura importat formam: & forma nihil aliud eſt quàm ſubſtantia:
20 dicebat etiam Alexan. de Neuo.in conſil.37.nu.9. Quod † gerundium importat conditionem: quando reſpicit aliquem futurum euentum, poſtmodum ſuperuenit glo. D.Montarentij ad dictum ſtatutum, qui in uerbo (porrigenda) & in verbo (aduerſario) allegat Abb.& Innocen. in dicto cap. per tuas. ſed non ita clare iſtum

articulum

articulum explicat: Sed ego ita obtinui in facto, ut ille teneretur dare articulos, ut fecit: ſed quia ſcio poſſe non immerito dubitari, an illud uerbum (dandis) de quo in dicta rubrica, poſſit dici gerundium, uel participium: dico, quod ſaltem negari non poterit, quin
21 ſit participium futuri temporis uerbi paſsiui † quod inſtruit quid in futurũ faciendũ ſit: ut notat D. Iaſ. ſuper gl. rub. ff. de lib. & poſt. qui inquit Bal. Ang. Chriſto. de Caſtiglio & Aretinũ errare: ex quo
22 ex dicta glo. notabant: quod † gerundium importat neceſsitatẽ: quia ſecundum eũ, nec glo. nec rubrica illa loquitur, de gerundio: ſed de participio futuri t pis uerbi paſsiui: qđ nõ ſemper importat neceſsitatẽ ſed inſtruit ut ſuprà dictũ eſt: & idem, quod D. Iaſ. tenuit D. Alcia. in l. cum quærebatur. de uerb. ſigni. in fine, & ante ipſos Iaſ. & Alc. idem tenet Imol. in d. rub. de quo ipſi nullam faciunt mentionem. Redeundo ad modum admiſsionis poſitionum, & articulorum cum illa clauſula præſeruatiua, ſaluo iure impertinentium, & non admittendorum, ſciendum eſt quòd dicunt Doct. quòd etiam ſtanti-
23 bus huiuſmodi ſtatutis diſponentibus quòd capitula † & poſitiones admittantur ſaluo iure impertinentium &c. niſi ſtatutum vlterius procedat: intelligitur dum tamen capitula, uel poſitiones non ſunt euidenter impertinentes uel impertinentia: quia tunc reijciuntur. Pariſ. conſi. 67. num. 41. volum. 4. Gramat. deciſ. 45. in 2. colum. & Ferret. conſ. 213. in prin. & dixit Dec. in conſi. 162. in primo vol.
24 † quòd etiam, ubi parum, & aliqualiter tantum adminicularẽtur: ſunt admittendi. in contrarium tamen facit Paul. de Caſt. in l. fin. in fin. ff. de procurat. ubi dicit, quòd non eſt dicendum, uel faciendum id quod factum, uel dictum, parum, vel non multum prodeſt: ſed ſtatutum noſtrum hic Bononien. procedit vlterius, & vult
25 quod † examinatio capitulorum, & poſitionum in tempus diſputatio
26 num, & prolationis ſententiæ reſeruetur, ſed † quo ad interrogatoria iſta reſeruatio non eſt facienda; quia ante omnia diſcuti debent, ut per Felyn. poſt Cardi. quem ibi allegat in capitu. per tuas,
27 colum. 2. nu. 6. de teſtib. & ibi iudex ex aliqua † cauſa uериſimiliter ſuſpicatur, quòd de iure teſtes non eſſent examinan. ut non impediatur proceſſus, & euitentur incidentia, & ne fiant lites ex litibus, conſueuit reſeruationi, quæ ponitur in ſuo decreto per quod admittit teſtes, & illos examinari mandat, ſaluis except. partis ad-
28 uerſæ, tam cõtra perſonas quàm contra dicta ipſorum teſtiũ † ſuper add. iſta uerba videlicet; ita quod ſi non fuerint examinan. habeantur

tur pro non examinatis, & nullam pœnitus fidem uel probationẽ
faciant,& aduerſa parte adhuc reclamante,& tot, & tantis reſerua
tionibus non acquirente,* ut quandoque accidit. ſolet etiam addi
ad obturandum os illi (& ponantur ad partes,& non ponantur in
proceſſu ſine nouo decreto) ſed quando teſtes fuerint admiſsi hoc
modo, eſt aduertendum : quód non operantur aliquem effectum
ad fauorem producentis: ſed in ſuſpenſo manent, donec nouum de
cretum iudicis emanauerit: oportet.n.ob id, inducentem teſtes, eſſe
memorem, ut inſtet pro decreto, quòd dicta illorum ponantur in
proceſſu, antequam inſtetur pro ſententia ferenda: ut docet Ve-
ſtrius in ſua practica fol. 128. uerſ. 16. dicens ſe in ea re uidiſſe etiã
primarios practicos dictam admiſsionem prætermittere : quod à
cauſidicis ſummè notandum eſt.

Declarantur etiam prædicta, in teſtibus procedere, niſi oppone
retur contra perſonam teſtis aliqua exceptio ex illis, quæ repel-
lunt teſtem ipſo iure teſtificando: puta quia diceretur, quòd eſſet
inimicus capitalis eius contra quem producit; iuxta text. cum ibi
not. in auth. ſi dicatur. §. ſi non dicatur C. de teſtam. ubi ex text. &
29 gl. colligitur † modus ſeruandus per iudicem in practica circa ad-
miſsionem teſtium reſeruatis exceptionibus,& pariter circa totalẽ
repulſionem, & reiectionem eorum, & quando unumquodque eo-
rũ fieri debeat ſi vis ſcire tu iudex ſub qua forma debeas deferre iu
ramentum teſtibus ab vno ex litigantibus inductis: dicas quòd il-
30 lud deferre debet † vt ipſe teſtis iuret deponere veritatem, nedum
ſuper articulis : ſed etiam ſuper tota cauſa : & tam pro vna parte
quàm pro alia, ita tenent gl. & Doct. in auth. ſed iudex C. de epiſc.
& Cleri. & ibi Bal. in fin. dicit ꝙ ita ſeruat conſuetudo, & idem Bal.
in l. preſbiteri C. eod. tit. ponit ad literam formam iuramenti teſtis
Et Papienſis in Practica in forma iuramenti teſtis. Doct. in l. ſi duo
§. 1 de iureiuran. ubi Alex. & Iaſ. & nota in materia poſitionum, ꝙ
ego aliàs bis habui de facto iſtum caſum videlicet. Nam aduerſa-
rius meus volebat capitulum religioſorum, cogi ad reſpõdendum
ſuis poſitionibus,& fundabat ſe in c. præſentium de teſta. lib. 6. qui
tex. videtur ſtringere pro illa opinione quòd ſint cogendi, quia ap-
paret ex illius lectura quòd Abb. & Prior, de quibus ibi fit mẽtio
reſponderunt poſitionibus hinc inde : vt ibi ab eiſdem Abbate, &
31 Priore &c. ſed ego dicebam, ꝙ ille text. † non probat ꝙ cogi poſ-
ſint religioſi conuentualiter congregati reſpondere poſitionibus,

licet

licet probet, quod in eo caſu in quo loquitur, Abbas, & Prior, & ſic capita illorum conuentuum, de quibus ibi hinc inde reſponſuri erant: quinimo dicunt ibi Archi. & alij, quod in illo caſu, dicti Prior, & Abb. ita voluerunt, ſed non poterant cogi, quia capitulum, uel conuētus
52 eccleſiaſticarum perſonarum litigādo per Syndicum † de iure poſſunt reſpondere poſitionibus per ipſum Syndicum: ut habetur in c. in pertractandis. de iur. calum. cum ſim. & ita obtinui corā exim. iur. vtr. Docto. domino Ioannebaptiſta Carduino Tudertino tunc generali Audit. in Ciuilibus Illuſtriſsimi & Reuerendiſsimi domini mei domini Cardinalis Moroni, tunc Bonon. Legati digniſsimi: qui dominus Ioan. Baptiſta fuit vir accutiſsimi, & viuaciſsimi ingenij, & intellectus promptiſsimi, & in eo officio ſtrenue ſe geſsit.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes neceſſario per aliquam partium examinādi quando reperiuntur extra prouinciam, & tunc petuntur literæ remiſſoriæ.*
2 *Iudex in decernendis literis remiſſorijs pro examinandis teſtibus, quæ animaduertere debeat.*
3 *Cauſarum uis tota, ut plurimum conſiſtere ſolet in probationibus.*
4 *Literæ remiſſoriæ, non ſunt concedendæ: niſi parte citata.*
5 *Literis remiſſorijs decretis, debet citari pars: ad concordandum de iudice, &c. forma citationis huiuſmodi ibidem habetur.*
6 *Iudex eliget non concordantibus partibus iudicem examinatorem, & alia faciet de quibus ibi.*
7 *Iudex examinator, non debet alicui ex partibus eſſe ſuſpectus.*
8 *Iudicis electione, & latoris literarum facta, pars debet citari, ad videndum literas dari, & tradi, & ad dandum interrogatoria: & ibi eſt forma citationis.*
9 *Iudex, quæ facere debeat, in termino citationis: ad uidendum literas remiſſorias claudi.*
10 *Interrogatoria, ſi per partem dabuntur debent ad inſtantiam alterius partis per iudicem reuideri: antequam in literis claudantur.*
11 *Literæ remiſſoriæ conceduntur: etiam ſi petantur pro examinandis teſtibus, habitantibus ſub iuriſdictione iudicis: ſi habitant in locis longinquis.*
12 *Literas remiſſorias petens, debet iurare de calumnia.*
13 *Literæ remiſſoriæ non dantur regulariter, in criminalibus.*

14 *Literæ remiſſoriæ quòd non dentur in criminalibus: regula fallit ut hic.*
15 *Literæ remiſſoriæ, ex ſtilo Palatij Apoſtolici, non dantur ad probationem attentatorum: limita ut hic.*
16 *Literæ remiſſoriæ non dantur, ubi agitur de leui præiudicio.*
17 *Cauſa meri poſſeſſorij dicitur eſſe modici præiudicij.*
18 *Literæ remiſſoriæ in quibus caſibus non debent dari, uſque ad nu. 21.*
19 *Literæ remiſſoriæ quando per calumniam peti dicantur.*
20 *Literis reſponſalibus præſentatis, iudex antequam eas aperiat: debet committere partem citari ad hoc.*
21 *Iudex literas reſponſales aperiet, & tradet not. registrand.*
22 *Teſtium publicatio non eſt facienda: niſi parte præſente: uel legitime citata.*

SEXTVM CAPVT.

Contingit aliquando φ teſtes examinan. in cauſa per quam partium, ad docendum de iuribus ſuis reperiatur extra prouinciam, ſeu iuriſdictioné iudicis, qui propterea teſtes ipſos cogere non poteſt ut accedant corã ipſo ad deponendum teſtimonium ueritatis: iuxta titulum de teſt. 1
1 cogendis, in decretalibus. & ideo petuntur† literæ remiſſoriæ ad locum examinis ſibi decerni per eum qui vult examinare teſtes: in
2 † hoc iudex debet animaduertere: cognito φ iuſtè petũt ut ſemper decernat literas, & illas dirigat ad Ciuitatem uel Caſtrum inſigné uel inſigne & iudici docto, & probo, & non alicui ſimplici notario: ut in loco uili, & ubi non adſint periti, practici, & ſufficientes ad fa-
3 ciendum examen, quia ſcire debet φ † tota uis cauſæ ut plurimum in probationibus teſtium conſiſtit, & ideo nunquam iſta fiunt uide-
4 licet de decreto in loco, & de electione iudicis † niſi parte citata quæ pars contra quam petuntur ſpecialiter, & particulariter (de-
5 cretis literis) iterum ſolet† citari ad concordandũ de iudice, & latore ipſarum literarum, & ad uidẽdum ſe moneri ad intereſſendũ examini, pro ſingulis diebus, & horis, ac terminum præfigi infra quem examen debeat expediri, & in termino talis citationis iudex
6 partibus non concordantibus † eligit iudicem, & latorem literarum, & præfigit terminum ei qui obtinuit literas, ad inchoandum & præficiendum examen, currentem á die præſentationis literarum fiendæ coram iudice cui fuerunt directæ: quę tamen præſenta tio

tio fieri debet,infra tot dies, quot uident̄ neceſſarij arbitrio iudicis exprimendos in actis , & monet aduerſarium,ut ſupra. Et iſta ci-
7 tatio dicitur eſſe neceſſaria,quia iudex examinator† non debet eſſe ſuſpectus alicui parti,ſicut in ſimili dicit Bal.de cōſultore, Tabellione, & nuntio in c.ſi pro debilitate, col.2.num.3.de offic.delega. Nam à probationibus teſtium ut plurimum cauſæ deciſio pendet ut dixi.

8 Et poſtea rurſus citatur aduerſarius ad aliam diem: ad uidendū literas claudi,& ad dandum eius interrogatoria ſi quę dare vult, claudenda in eiſdem literis vnà cum articulis ex aduerſo productis,aliàs ad videndum ipſas literas claudi,& tradi ſine illis latori,& eidem iuramentum deferri de illis fideliter portandis,& preſtandis,ac alia dici,& fieri neceſſaria,& requiſita. Et termino di-
9 ctæ Citationis adueniente,† ſeruatur dictus terminus,& prædicta
10 fiunt ut in citatione: & ſi pars citata dederit interrogatoria † examinentur per Iudicem altera parte inſtante, & claudantur in literis remiſſorijs vnà cum articulis illas obtinen. & in ſpecie defertur iuramentum latori de fideliter portando literas, & iudici illas conſignando iux.terminum,iam ad id præfixum ut ſupra, & ſuper iſta materia poterit iudex pro ſua inſtructione latiori recurrere ad tracta. olim domini Herculis ſeueroli Procuratoris Curialis, & tempore eius mortis fiſcalis Sedis Apoſtolicę, quem ſuper iſtis literis remiſſorialibus compilauit, & ad loca in illo per eum citata: & per do. Veſtrium in d.ſua practica, ſub rubrica de remiſſorijs ad partes fol.129. vſque ad fol.136.incluſiue:qui licet loquatur ſecundum practicam Rom.Cur.tamen ex dictis per eū,poterunt inſtrui in materia huiuſmodi,etiam iudices aliarum Curiarum quæ ab ipſa Rom.Cur. normam capere debent.

Et eſt aduertendum per Iudicem:ad unum in quo vidi aliàs ali-
11 quos errare.Nam † licet petantur literæ prædictæ pro examinandis teſtibus habitantibus ſub iuriſdictione,& diſtrictu Iudicis loci in quo lis agitur,in loco tamen multum longinquo à loco iudicij:puta exempli gratia, in Caſtro Bonon. quia tunc cæteris habilibus debet eas decernere,& concedere, non autem prout aliàs vidi fieri per aliquos denegari, per doctrinam Imol. in l. cum ab initio.ff.quemadmodum teſt. aper.& per ea quæ notat Saly.ad hoc facientia, in auth. apud. C. de fide inſtrument. Et vbi pars petat
12 hoc fieri vel Iudici videatur †pars petens literas huiuſmodi debet

iurare de calumnia.l. de die.§.iubetur. ff.qui ſatisdare cogant.ubi Paul.de Caſtr.in l.Iudices.C.de fid.inſtru.hoc tenet.

13 In † criminali uerò cauſa regulariter non dantur: fallit tamen in
14 caſibus † de quibus extra de teſti.in c.cum cauſam, & ibi per Fel. & alios.pluries enim, habui de facto,& obtinui: aliquando illas decerni ſine tranſmiſsione alicuius Cōmiſſarij:aliquando uerò Iudex voluit deputare Cōmiſſarium loco ſui, & illum tranſmittere: vna cum literis ad intereſſendū examini, iuxta practicam adductā per Gramat.in conſ.41.colum. fin. & pro opinione quòd dentur in criminalibus:vide Soc.Iuniorem. conſil.60. volum. 2.ubi etiam de
15 conſuetudine loquitur: † Ad probandum attentata non dantur. Rot.Dec.89.& 775.in antiquis:dicit tamen id eſſe, de ſtylo Palatij Apoſtolici. Ideo hic putarem ſi Iudici videretur calumnioſe
16 non peti,quod † poſſet concedere literas delato tamen parti calumniæ iuramento.

17 Quando † de leui præiudicio agitur non dantur: Georg. Nata in repet.Clement.ſæpe.col.49.in fin.de verbo. ſignif. ex quo poſſet argui,illas non dari in cauſa poſſeſſorij meri,quæ dicitur eſſe modici præiudicij,ad notata in l.unica. C.ſi de moment. poſſeſ.fuerit appel.ſuper quo tameu eſt cogitandum & attendenda erit per iudicem qualitas cauſæ,& conditio perſonarum, & regula, quæ habet quòd probationes non ſunt anguſtandæ deſumpta ex l. quoniam.C.de hæret.quodque materia iſta eſt arbitrariā, ſcilicet, an remiſſoria ſit concedenda nec ne;ut tenet D. Menoch. in tracta. de arb.iud.lib.2.caſu.250.fol.263.

18 Quando † quis potuit producere teſtes in loco iudicij, & non fecit:non conceduntur,Ang.& Alex.in d.l.de die.§.fin.& idem dico.

19 Quando calumnioſe petuntur,† & ſigna per quæ calumnia percipitur:ponit Rom.conſ.273.ad finem,Fely.in c.de cætero. nu.14. de re iudicata.

Quando alias etiam non dentur vide Imol.in d.l.cum ab initio, & Bal.in l.inſtar.C.de iur.fiſc.lib.10.& de his ſatis.

20 Quando literæ reſponſales † iudicis,cui remiſſoriæ fuerint directæ cum examine facto,& proceſſu coram illo actitato præſentantur iudici cauſæ,ipſe antequam eas aperiat, debet cōmittere partem citari ad videndum eas aperiri,& mādari in actis regiſtrari, & examen,proceſſum,& acta produci,&c Et in termino citationis legitimæ factæ de parte, aperiuntur literæ, & iudex eis lectis tradit

notario

21 notario † & mandat illas in actis regiſtrari, & aliàs ſeruatur ter-
22 minus, ut ſuprà, Si pars petat publicationē teſtium, non † cōcordat illam, niſi parte præſente, uel legitimè citata, aliàs eſſet indiſcreta, & forte non obſtaret poſtea, quin alij teſtes poſt publicationem ſic factam examinari poſſent per illum, qui publicationem obtinuit, iuxta deciſ. gloſſ. in Clemen. de teſtibus, ſuper uerbo publicatis. ad quod uideatur Felyn. in cap. Albericus, de teſtibus ubi poſt glo. & Inno. multa dicit, licet de cōſuetudine in hac Ciuitate Bonon. regulariter paſſim publicentur parte non citata, non monita, nec præſente ad ſimplicem inſtantiam partis petentis publicationem. Et in hac materia publicationis teſtium multa cumulaui infra. cap. XVIII.

SVMMARIVM.

1 *Dilationes in cauſa non ſunt dandæ ad inſtantiam partis: niſi altera citata.*

2 *Dilatio in contumaciam partis aſſignata, debet contumaci intimari, & etiam alia acta, quæ non fiunt ſemper uniformiter.*

3 *Scientia non præiudicat: quando non eſt ſpecifica.*

4 *Dilatio in contumaciam partis aſſignata non currit, niſi à die intimationis.*

5 *Dilationes in cauſis ſummarijs, debent aſſignari, quam breuiores.*

6 *Dilationum materia ubi per Doctores tractetur.*

7 *Dilatione pendente, nihil eſt innouādum: aliàs actus eſt nullus, adeo quòd non poteſt, etiam per partium conſenſum ualidari.*

8 *Dilatione pendente nihil nouandum eſſe, limitatur ſex modis, ut hic.*

9 *Dilatio data, ad excipiendum intelligitur peremptoria.*

10 *Dilatione peremptoria elapſa admittuntur probationes, ubi ius aduerſarij non eſt factum deterius, ſecus in dilatoria, quod intelligitur ut hic.*

11 *Dilationes, quæ dantur ante litem conteſtatam, ad præparatoria dari poſſunt, ſine cauſæ cognitione: ſecus in illis, quæ dantur poſt ad probandum in meritis.*

12 *Dilatione pendente, ſi impedimentum occurrit, illa in totum reintegratur & qualiter probetur impedimentum.*

An proteſtatio de impedimento requiratur, vide ibi remiſſiue.

13 *Dilatio non currit donec diſputatur an articuli ſint admittendi, & ſimilit er ſuper alio incidenti, uel emergenti.*

14 *Dilatione data ad probandum, an probatio fieri poſſit, ſine citatione, in ultima die termini.*
15 *Dilatio ſecunda non datur ei qui nihil probauit in prima.*
16 *Dilatio ſecunda ſi data ſit ſine cauſæ cognitione, omnia quæ intra illam fierent eſſent nulla: cum declaratione tamen, de qua ibi remiſſiue.*
17 *Dilationem dans eam uidelicet in qua cauſæ cognitio eſt adhibenda, quænam conſiderare debeat.*
18 *Dilatio noua licèt dari non poſſit: poteſt tamen data prorogari, aduerte tamen ut hic.*
19 *Dilationis prorogatio non debet eſſe maioris temporis, quã fuerit prima.*
20 *Dilatio quarta danda cum ſolennitate legali, de hoc habetur in locis ibi citatis.*

SEPTIMVM CAPVT.

1 QVANDO datur dilatio in cauſa ad probandum ſiuè ad aliud faciendũ ſemper pars eſt citanda; & ſi nòn compareat, & contingat aſsignari dilationem in contumatiam; ſemper mandet iudex illam intimari
2 alteri parti: † Et ſimiliter quando in contumatiam facit alium actum, qui non conſueuit ſemper fieri vniformiter, ſed difformiter, aliquando vno modo, & aliquando alio modo, vt uidere eſt in dilationibus; quæ modò longe modò breues dantur, iudicis arbitrio: quia licet pars ſciat, ſeu ſcire poſsit fuiſſe datam dilationem, cum ad id fuerit citata: tamen non poteſt: neque præſumitur ſcire quot dierum fuerit ipſa dilatio; & an fuerit de diebus continuis, uel de iuridicis: & vtilibus tantum: Et ſic iſta
3 ſcientia † non eſt ſpecifica, vt eſſe debet ad hoc ut præiudicet. c. conſecrationi, vbi notatur; de appel. in 6. & melius eſt peccare in intimando non intimanda: quam in non intimando non inti-
4 manda: Et quod intimatio dilationis requiratur † aliàs non currat niſi à die intimationis; immo ſecundum aliquos ſit etiam nulla: videndi ſunt Doct. in l. labeo ff. de iur. iur. Et Marant. in Spec. fol. 67. nu. 12. in 3. caſu: ſecundum magnam impreſsionem; vbi de
5 dilatione plura dicit: & pręſertim ꝙ † in cauſis ſummarijs debent breuiari, prout eſt poſsibile ibi nu. 13. quod eſt per iudicem notandum. Et licet in hac Ciuitate Bonon. hodie circa præfixionem dilationum ſit præſcripta iudicibus certa forma: tam à conſtitutionibus

tionibus Rotæ; quàm ab alijs fori Reuerendiſsimi domini Vicelegati,ſeu Gubernatoris pro tempore: nihilominus cum iſte tractatus non fiat propter iudices Bonon. tantum: ſed etiam ad hoc vt Iudices aliorum locorum in hac materia poſsint inſtrui, & ſci-
6 re qualiter ſit procedendum; † dico ꝙ materia dilationum habetur in c.vltra tertiam, & in c.in cauſis. de teſtibus. ubi Fely. & per eundem in c. licet cauſam de probat: Et per Lanfranch.Pariſ.& Moderniores in c.quoniam contra.in verbo, dilationes, eodem ti-
7 tulo.late per Iaſ. in l. fi.ff.de Ferijs: Et † dilatione pendente nihil eſt innouandū,aliàs actus eſt nullus,adeo quòd non poteſt conſenſu partium ualidari: Iaſ.in l. 2.col. pen.de re iudic. Vbi hanc con-
8 cluſionem limitat † ſex modis: & vide omnino Lapum hoc decla-
9 rantem allegat.82.in 3.col. Et quando dilatio eſt data † ad excipiendū,illa intelligitur peremptoria. glo. in clem. vnica in verbo (peremptorie) de except. Alex.in l.fi.ff.de ferijs.in princ. Videtur tamen hoc intelligendum in dilatorijs: quia in alijs poſt dilatio-
10 nem admittuntur probationes † vbi ius aduerſarij non eſt factum deterius: ita Alex. in l. ſi inſulam.de verb.oblig.nu. 34. & pro illo dicto glo.in d.Clem.vnica,& Alex.in l.fi.de ferijs;facit Capitius in deciſ.13.num.8.ubi inquit, ꝙ ad probandum dictas dilatorias, non datur ſecunda: & dixit Fely.in d.c.licet cauſam col.3.referrendo Bal.ꝙ Terminus datus in medio cauſæ ſemper dicitur peremptorius: Et ad illud, ꝙ dicitur ſupra, ꝙ datur dilatio: quando ius aduerſarij non eſt factum deterius, qualiter intelligatur iſtud dictum vide Natam in conſ.251.& 252.ſequenti in ſecundo tomo,& de materia dilatoriarū probandarum vide Capic. deciſ.81.& 83.
11 Et ꝙ illę, quę dantur † ante litem conteſtatam, ad præparatoria dari poſsint ſiue cauſæ cognitione; ſecus autem in illis quæ dantur poſt litem conteſtatam ad probandum in meritis voluit Bal. in l.inſtar C.de iure fiſci lib. 10.& plura in materia ponit Ripa in repet. §. hoc autem l.4.de damn. infect. num. 57. vſque ad 61.Et
12 propter impedimentum ea † pendente occurſum in totum reintegratur Afflict.deciſ.50.nu.6. Et qualiter probetur Fely.in d.c. licet cauſam.nu.38.ubi an proteſtatio de impedimento requiratur, de quo uide Peruſ.in cap, ſi iuſtus metus de appe ll.in 2.col. ubi ꝙ requiritur quando quis eſt impeditus facto iudicis, vel ter-
13 tij, & non currit donec diſputatur an † articuli ſint admittendi Alex. conſ.42.col. 3.num.9.in 3. uol. Et ſimiliter quando ſuper

alio

alio emergenti; Bal. in l. contra maiores C. de inofficioſo teſtam. glo. in Clement. ſæpe in verſ. (poſt dationem) de verb. ſignifi. &
14 ibi late per Georgium Nat. Et quando eſt data † ad probandũ an probatio fieri poſsit, ſine citatione, in vltima die termini, uide Bart. in l. qui ante calendas, in penul. queſt. de uerb. oblig. licet aliter loqui videatur non tamen diſtinguendo in l. item illa ff. de conſti. pec. col. 2. in princ. uerſ. Et hoc &c. ſed doctrina Bart. in d. l. qui ante. approbatur à Doctoribus ibidem, ut dicit Dom. Alex. ibi & Aret. illam deffendit, eamque ſequitur hoc in tract. de citat. artic.
15 7. ſub num. 12. Et nota quod ſecunda non datur ei † qui nihil fecit in prima, Spec. in tit. de probat. §. primo, & Bal. in additionibus ad eum in titulo de dilat. Concordat Abb. in conſi. 64. 2. uol. ubi tenet, ꝙ negligentia excludit quem à ſecunda, & tertia. nota etiam
16 ꝙ ſi † concedatur ſecunda ſine cauſæ cognitione, omnia quæ intra illam fierent eſſent nulla vt per Capic. deciſ. 81. declarando, ut ibi per eum num. 3. dicit Barto. in conſi. 97. num. 4. ꝙ datio ſecundæ dilationis, ubi illa dari non debuit eſt ipſo iure nulla: quando ſine cauſæ cognitione data fuit: & ad propoſitum uide Beninten. in deciſ. Rotæ Bonon. 45. Et nota, quod inter alia Iudex adhibendo
17 † cauſæ cognitionem in dilatione danda, vltra prædicta: debet conſiderare qualitatem negotij, & perſonarum, ac diſtantiam locorum: de quibus ſunt habendæ probationes. Et quamuis noua non
18 poſsit † dari dilatio: poteſt tamen data prorogari. Dec. in c. perſonas, de appellat. col. pen. Ang. & alij in d. l. fi. ff. de ferijs, Ioannes de Amicis in conſi. 108. col. 2. Sed ne erres uide Abbatem in dicto conſi. 64. in ſecundo uol. Et etiam aduerte quia illius proroga-
19 tio quando fit, & fieri poteſt: non † debet eſſe maioris temporis quam fuit prima, Franc. in c. tua nobis, col. 2. num. 8. de appell. Et de quarta danda cum ſolemnitate legali; habetur in §. quia uero in auth. de teſtibus, & in auth. at qui ſemel C. de probat. Et in dict. Capitul. in cauſis. & ultra tertiam de teſtibus vide etiam infra in materia teſtium in c. ubi poſui illam quæſt. videlicet an data dilatione ad probandum ſufficiat teſtes iuraſſe infra dilationem, licet non fuerint examinati infra illam: Et quia iſta eſt materia quotidiana nolui prædicta omittere, pro inſtructione iudicum nouitiorum: licet plura alia potuiſſem adducere, propter latitudinem ipſius materiæ quæ habeo cumulata: ſed exceſsiſſem nimis regularem modum, & meum propoſitum.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Iudex qualiter ſe habere debeat, ubi contingit inter partes diſputari, ſuper actu faciendo, uel non ad inſtantiam unius partis.*
2 *Iudex ſemper beneſacit, dum procedit in cauſa reſeruando in ſuis decretis iura partium.*
3 *Reſeruatio ius non tribuit.*
4 *Iudex in ſuis actibus, ſemper in dubio debet capere uiam, per quam conſulatur utrique parti.*
Limitatur hoc dictum ut non habeat locum quando caſus eſt magis clarus, quàm dubius, ibidem.
5 *Iudex non debet declinare, ad dexteram, nec ad ſiniſtram, nec habere aliquam acceptionem perſonarum.*
6 *Iudex non debet mouere animum ſuum, a iuſtitia miniſtranda, etiam ſi praces magnorum uirorum interuenirent.*
7 *Iudex non debet pro paupere contra ius, aliquid aduerſus diuitem decernere.*
8 *Iudex non debet ſumere diſputationem cum una parte pro alia, quia ſic merito efficitur ſuſpectus.*
9 *Iudex dubia cautè dare debet partibus ſemper per modum dubitandi.*
10 *Iudex debet dubia formare, & dare partibus, non autem uelle quod ipſe partes de illis concordent, & ratio aſſignatur.*
11 *Iudex debet examinare proceſſum, & ex illo dubia extrahere, & illa ordinate & ſeriatim proponere partibus diſcutienda, more Rote ſacri Palatij Apoſtolici.*
12 *Iudex, ſi non uidit proceſſum, & acta, & non eſt reſolutus ſuper actu de quo contenditur, quid tunc facere debeat.*
13 *Iudicaturi, ſine diuino præſidio, nihil boni facere, cogit areue proſſumus.*
14 *Iudex qualiter ſe habere debet, adueniente termino poſito per ipſum ad expediendum actum, de quo controuertitur.*
15 *Iudex qui non reijcit ambages, & cauillationes, propter quas lites in longum protrahuntur, culpa, & peccato non caret.*
16 *Iudices negligentes, & irreſoluti, retundentes culpam protelationis cauſarum in cauſidicos, ex uerbis legis conuincuntur.*
17 *Iudicibus compeſcendi, & puniendi aduocatos, & procuratores malos, & cauiloſos auctoritas à iure conceſſa.*
18 *Iudex poteſt interdicere ſoro ad tempus & in perpetuum. Aduocatis, cauſidicis, & tabellionibus.*

19 Iudex

19 *Iudex poteſt procuratores rixoſos mala conſcientia: & qui conſueuerunt omnia negare repellere.& num.20.21.*

20 *Iudex pōt reijcere illos, qui de re minima litigant; & uiciſſim longas ambages, tricaſque accummulant non de utilitate ſolliciti, ſed ut aduerſario noceant.cap. 8.fol....*

21 *Iudices non poſſunt ſe excuſare a procraſtinationibus litium ſub clypeo malitiæ Aduocatorum, & Cauſidicorum, & ratio ibi redditur. & num.22.23.*

22 *Iudicibus informationes in facto, & in iure longe melius eſt tradere, quàm quod partes, uel procuratores in ſimul audiat, & in contradictorio: & ratio ibi redditur.*

23 *Iudex non debet credere alicui, etiam notario actuario: ſed proceſſum, & acta in fonte uidere.*

24 *Iudex ponit in diſcrimine conſcientiam, & animam propriam: non autem alienam.*

25 *Iudex, qui ad iudicandum accedit, maximum onus aſſumit.*

26 *Iudex, ſi non uidit acta præcedentia, & proceſsit ad actum, actus eſt nullus.*

OCTAVVM CAPVT.

SI cōtingat inter partes diſputari (ut ſæpe fit imò quotidie) ſup.
1 actu faciendo, uel non † ad inſtantiam unius partis; aūt vidit
proceſſum, & acta, & eſt bene informatus de facto, & illud reti-
net memoria: & tunc debet procedere ad expeditionem actus, po
teſt tamen uti ſi uult clauſula præſeruatiua exceptionum, & iuriū
partis aduerſę, dicendo in ſuo decreto, & faciendo ſcribi per nota-
rium: quòd procedit ad talem actum (ſaluis tamen exceptioni-
2 bus, & iuribus partis aduerſæ) imò † iudex ſemper benefacit re-
ſeruando iura partium, dum procedit, quia propter hoc non dat, ne
que aufert alicui partium, & uidi aliàs dubitari, & audiui propte-
rea multum exclamari ab ignorantibus iuris cenſuram: propter
reſeruationes huiuſmodi per iudices factas: dubitantes ex illis
3 ſibi præiuditium inferri: Nam reſeruatio † non tribuit ius; & ita
quotidie dicimus in Palatijs: ſufficit allegare Crauet.conſ 15.col.
2.& 33.num.16.uerſi.uenio ad ſecundum. &c. vol.1.& ſemper in
4 omnibus ſuis actibus † debet capere uiam per quam conſulatur
utrique parti, iuxta theoricam Paul. de Caſtr.in l. 1.ff.ſi quis caut.

non

non obtempera:ubi ex illo tex.notat regulam; quód ſemper in dubijs debemus eligere partem per quam utrique parti conſulatur; & quæ illis ſit minus diſpendioſa,& oneroſa, per quã infert quòd diebus tunc elapſis: dum erat queſtio; an appellatio eſſet deſerta, & erant rationes pro utraque parte, ipſe allegauit illam regulam, quód in dubio erat inclinandum in partem negatiuam, qua utrique parti conſulebatur; & neutra pars lædebatur: ſed inclinando in affirmatiuam ius appellantis erat extinctum: & pro illo dicto,uide in l.cum procurator.§.ſi dominus, de no. oper. nunc. & Felyn.in cap.ſignificarunt.de teſt.num. 1. Sed illud limitatuur,ut non habeat locum, quando caſus eſt magis clarus quàm dubius: ut per Caſſador.in deciſ.7.num.5.de appel.& habetur in apoſtilla ad Pau.ubi ſupra:in qua allegatur Ludouicus Rom.in conſi.51.
5 & non debet declinare ad dexteram,nec† ad ſiniſtram; nec habere aliquam exceptionem perſonarum,iuxta regulam, de qua in c.
6 in iudicijs.de regu.iur.in 6. Nec † auertere debet animum ſuum à iuſtitia miniſtranda propter præces magnorum uirorum,ut dixerunt Domini Rot. deciſ.280. Nota quòd quilibet in antiq. ſed habere ſemper animum firmum ad iuſtitiam miniſtrandam unicuique tam pauperi quam diuiti. Nec etiã ꝓ paupere contra ius
7 † aliquid aduerſus diuitem decernere; ut aliquos uidi facere,cõtra tex.in ca.ex tenore.extra. de for.compet.in l.obſeruandum. ff. de offi.præſid.ubi etiam legitur,quòd non debet excandeſcere aduerſus eos,quos putat facinoroſos,quod notent criminaliſtæ;prout etiam debet unquam pandere animi ſui motum facto,uel uerbo;ut in dicta l.obſeruandum. Iuriſconſ.docet,neque ſumere di-
8 ſputationem † cum una, pro alia parte, quia ſic merito efficitur ſuſpectus,Dec.in c.ſolititudinem num.8.de appel. Crauet.conſil. 181.in fin.uerbis;& ideo iure merito recuſari poſſet;quod eſt notandum: quia multi errant,maxime cum id faciant,ſeu facere ſaltem præſumant, ut ſapientes uideantur;& ad oſtentationem:melius enim eſt dare partibus dubia in ſcriptis more Reueren. Patrum DD. Auditorum ſacri Palatij Apoſtolici, & quidem cautè
9 procedendo † ſemper per modum dubitandi: ne ille cui dantur motum animi ſui intelligat: & ipſemet iudex: ipſa dubia formare debet partibus tradenda; & per eas reſoluenda: non autem uel-
10 le, † quòd ipſę partes de illis concordent,& inter ſe concludant; quæ nam diſputanda veniant: quia hoc eſſet rem in longum protrahere

trahere : ex quo uerisimiliter partes ſuper hoc nunquam, uel ſaltem, cum magna difficultate concordarent: ſed ſuperinde potius litigarent per notabile temporis ſpatium: ut aliàs uidi, & huic inconuenienti, & amiſsioni temporis, iudex poteſt obuiare examinan-
11 do proceſſum, † & ex illo extrahendo dubia: & illa ordinando; & ſeriatim proponẽdo partibus diſcutienda; quia hoc ad eius officiũ proculdubio pertinet: & ita faciunt RR. Patres domini Auditores Rotæ ſacri Palatij Apoſtolici : a quibus omnia alia tribunalia diſcerere debent, & illorum ſequi ueſtigia : Aut ipſe iudex non uidit proceſſum, & acta: & ſi vidit forte non retinet memoriæ, tenorem, & effectum, ſtatum, & merita eorundem; & conſequenter non eſt reſolutus quid velit, uel poſsit facere ſuper actu de quo con-
12 tenditur, † & tunc mandet acta ſibi exhiberi; & moneat partes ad primam, ſiue ad ſecundam iuris, ad audiendam eius voluntatem, ſuper petitis, & deductis hinc inde; & interim mandet per partes ſe informari de iuribus ſuis verbo, & in ſcriptis: & poſtea uideat diligenter acta, & audiat, inſpiciat, & conſideret informationes, & allegationes ipſarum partium in iure, & in facto, & ſtatuat in animo
13 ipſius, quid agendum : implorato prius diuino auxilio ſine † quo nihil boni facere, & cogitare poſſumus; iuxta illud Ioan. Euangeliſtæ (ſine ipſo factum eſt nihil) & alibi in cap. 15. Euang. eiuſdem (quia ſine me nihil poteſtis facere) vt ſic in termino monitionis poſsit iuſte decernere, ſuper actu de quo controuertitur: quo
14 termino adueniente † decernat, & actum expediat; abſque muſitatione, reijciendo viriliter ambages, & cauilationes : propter quas lites protrahuntur in longum : & non reſpiciendo ad ſportulas: quas forte ſit amiſſurus : ſi ille contra quem decerneret appellaret, quia ita faciens theſaurizabit ſibi theſaurum in cœlis : ubi neque erugo, neque tinea demolitur, neque fures iurantur: ut ſatis probatur ex uerbo prophetico : in Pſal. 105. in quo dicitur, Beati, qui cuſtodiunt iuditium, & faciunt iuſtitiam in omni tempore,
15 & alibi ſæpe in ſacra pagina, aliàs ipſe culpa † & peccato non careret, & protelationi litis occaſionem præſtaret: ut probatur in l. properandum. C. de iudi. in fin. principij: ubi Iuſtin. Imper. in perſona Iuliani præfecti prætorio: iudicibus, hæc uerba protulit. Hoc etenim iudicialis magis eſſe poteſtatis nemo eſt qui ignoret: nam ſi ipſi uoluerint, nullus, tam audax inuenitur, qui poſsit inuito iudice litem protelare : Quæ uerba ſunt bene notanda à iudici-

bus

16 bus;quia per illa poteſt argui † contra aliquos, qui cum ſint negligentes, & irreſoluti: retundunt culpam protelationis cauſarũ ne dicam eorum ignauiæ, & deſidiæ (ſaluo ſemper honore bonorum) in cauſidicos: dicentes, quòd propter cauillationes, & ſubterfugia illorum non poſſunt in cauſis ad ulteriora procedere; & illas expedire: cuius contrarium probatur ex illo text. in dictis uerbis.

Et quia per alias leges conceditur poteſtas ipſis iudicibus
17 † compeſcendi aduocatos, & procuratores malos, & cauilloſos: ac illos puniendi diuerſimode, ut probatur, in multis legibus, & primo in l. verbum. C. ex quibus cauſis infam. irrog. ubi quod iudex poteſt aduerſus aduocatum, & conſequenter, etiam multò magis aduerſus cauſidicum, proferre uerba ignominioſa: & verecundiam inferentia. Item in l. necquicquam. §. circa. ff. de off. proconſ. & leg. ubi probatur, quod iudex non debet diſsimulare ea, quæ committuntur per litiũ concinnatores. i. fabricatores, ſecundum expoſitionem Hotomani: in ſuo libro, de uerb. iur. ciuil. Item in l. 1. §. quies. ff. de offi. præfect. urbis, ubi ipſe præfectus poteſt interdice-
18 re aduocationibus; & foro ad tempus † & in perpetuum: ſecundũ dictinctionem gloſ. ibi in verbo, & in perpetuum: quam ſequuntur Doctores in l. 1. C. de poſtulan. in qua Paul. de Caſtr. ponit exemplum in nimis garrulis: prout etiam poſuit idem exemplum in d. l. uerbum. Item in l. moris eſt. in princ. & in pluribus alijs locis dicti contextus. ff. de pen. & in l. fin. eod. tit. probatur etiam, quod iudex poteſt interdicere alicui, ne apud tribunal ipſius poſtulet: Et poteſt interdicere aduocationibus, & foro (quod eſt plus) & ibi etiam in §. ſecundo. probatur, quòd huiuſmodi interdictionem facere poteſt, etiam tabellionibus, & pragmaticis. Quod uerbum denotat hos quos hodie nos uocamus procuratores & cauſidicos: ut colligitur omiſſa expoſitione gloſſ. ibi ex interpretatione Hotomani: in dicto ſuo libro ſuper dicto uerbo, de quo in illo textu; quẽ ipſe citat: & uidendus eſt etiam ad hoc Pratærius in ſuo theſauro iuris ciuilis: Item ſecundum gloſ. Bart. & alios, in l. fin. in fin. C. de
19 procuratoribus: poteſt iudex procuratores † rixoſos repellere: & ſimiliter ſecundum Imol. in ca. pertractans. col. fin. de iuram. cal. poteſt repellere illos, qui ſunt malę conſcientiæ, & qui conſueuerunt omnia negare. Item in l. puto, & in l. quos prohibet. ff. de poſtulan. glo. ponit exemplum: de eo, qui nimis improbe poſtulabat: & de eo qui cauſa decoris prætoris fuit prohibitus: & in l. ex cauſa

eod.

eod.tit.ponit exemplum de nimis uerbo ſo uel de eo, qui commiſerat crimen ſtellionatus: Item D.Alciat.in l.ſi calumnietur.ff.de
20 verbo.ſignifi. tenet quòd ſi qui collitigãt † de re minima & uiciſſim longas ambages, tricaſq; accumulant: & non de utilitate ſolliciti,ſed ut aduerſario noceant:partes religioſi iudicis fore,ut ceu cauillatores eos reijciat: actionemque deneget: & Pariſ. de Put.in tractatu ſyndicatus:in uerbo interdictio.fol.38.num.26.ſecundum magnam impreſsionem: dicit quòd iudex poteſt interdicere, ut ſupra, & id eſſe notandum:quia multoties interdicitur alicui procuratori propter ineptias: uel alia: Ex quib. probatur, ꝙ iudices poſſunt obuiare diuerſimode calumnijs,cauillationibus,protelationibus, tricis, technis, & alijs malis artibus aduocatorum,& cauſidi-
21 corum,& non † poſſunt ſe excuſare à procraſtinationibus; & comperendinationibus, & protractionibus litium: ſub clypeo malitiæ aduocatorum,& cauſidicorum:quandoquidem ipſis iudicibus à iure ſit data poteſtas amplisſima occurrendi huiuſmodi malitijs immediate: ſed de his hactenuś; quare autem hoc non faciant ipſi uiderint. Patet etiam ex præmiſsis: quòd aliqui cõcionatores: qui hæc ignorantes ad aliquorum relationem ualde,& ualide clamarunt concionãdo,contra quoſcunque cauſidicos (nemine excepto) de protelatione litium: debuiſſent enim æque, uel potius contra iudices uociferare: quod tamen dictum non ſit: ad excuſandum prauos,& inique agentes: Animaduertat tamen iudex quoad informationes,de quibus ſupra dictum fuit;quia longè melius eſt ut
22 † more Roma.Cur.procuret,& faciat: quòd partes tradant earum informationes in facto, & in iure: ſuper eo de quo diſputatur in ſcriptis: quàm audire ipſas partes inſimul in contradictorio;quia ſi informationes tradentur, ut ſupra, iudex inter ſe clauſo eius cubiculo animo pacato, poterit illas uidere; & adamuſsim ponderare,& proceſſum;ac libros aperire,ſi opus fuerit: quòd ſi in uoce,& in contradictorio,informabunt aures ipſius iudicis tumultuariè, & ut plurimum maximis uirgijs, & clamoribus obtundent: aliquando,etiam ſibi inuicem conuiciantes,& detrahentes in dedecus non modicum earum, & etiam iudicis aſsiſten. ne quid dicam de conſumptione magnę portionis temporis,cuius nulla iactura grauior, apud ſenſatos uiros,præſertim occupatos:& caueat iudex,ne quá
23 do nimis credat alicui alteri: etiam notario actuario, † ſed acta,
24 & proceſſum in fonte uidere uelit: quia in iudicando ipſe † iudex

ponit

ponit in diſcrimen conſcientiam, & animam propriam non autem alienam: & ut uulgo dicitur, oculus eſt certior aure: & in hoc uideat ſæpe.c.iudicantem.30.q.5.& cap.1.de ſent.& re iud.in ſexto, & gl.in uerbo(ueritatem)in authen.de Tabel.in princ.& in auth. de hæred.& Falcid.§.hinc nobis: cum multis alijs, quæ breuitatis cauſa omitto:ex quibus & eorum lectura poterit intelligere quam
25 maximum, & † penè importabile onus ſuper humeros ſuos aſſumpſerit: Hippocrates propterea dicebat difficile eſſe iuditium & uere: Atque ideo quatuor maxima pericula iudicibus imminentia: adducit pulcre Rodericus Epiſcopus Zamorenſis, in ſuo ſpeculo uitæ humanæ lib.primo,ca.14.omnino uidendus: clarum eſt enim, quòd ſi iudex procedat ad actum præſupponendo acta, quæ talem actum præcedere debent præceſsiſſe: licet reuera præ
26 ceſſerint. † ſi tamen ea non uiderit: actus eſt nullus.Bart.in l.hoc autem.§.non defendi.ff.ex quibus cauſis in poſſeſſ.eatur; & in l. multum intereſt. de condi.& demonſtr. Ruin.conſi.102.colum.2. uerſi.nec obſtat.uolum.5.& uide Boer.deciſ.259.in ſecunda parte; qui licet loquatur in cauſa criminali; tamen multa ponit in ca conferentia ad propoſitum prædictorum.

SVMMARIVM.

1 *Iudex, à quo appellatur ab interlocutoria, ad quę animaduertere debeat, de iure ciuili.*

2 *Appellatio non auditur, ab interlocutoria, de iure ciuili; ubi grauamen poteſt reparari per appellationem à diffinitiua.*

3 *Sententia interlocutoria, habere uim diffinitiue non dicitur licet inferat grauamen irreparabile.*

4 *Appellare, ubi licet ab interlocutoria, in appellatione cauſa eſt exprimenda.*

5 *Iudex debet bene animaduertere, ne admittat appellationem non admittendam, ne aliàs ſequatur inconuenientia, de quibus hic.*

6 *Iudex ſummopere cauere debet, ne de litibus lites fiant: & ne partes grauentur laboribus, & ſumptibus.*

7 *Iudex ſicut in dubio, appellationem à diffinitiua admittere debet, ita in dubio interpoſitam ab interlocutoria reijcere.*

8 *Appellationes ante ſententiam calumnioſæ, & friuolæ, plerunque interponuntur.*

9 *Appellationem ab interlocutoria admiſſiones, ius canonicum tollerat, non ita ius ciuile.*

10 *Iudex admittendo appellationem ab interlocutoria: ligat ſibi manus, & abdicat à ſe iuriſdictionem: etiam ſi appellatio eſſet friuola.*

11 *Idem ſi eſſet interpoſita ultra decem dies, uel eſſet informis.*

12 *Iudex quando in dilatione appellationis ab interlocutoria: appoſuerit uerba, ſi & in quantum de iure appellatio ſit admittenda, non ligat ſibi manus,*

13 *Appellatione admiſſa, ſi & in quantum &c. non ligat iudicem, ſi eidem non erat deferendum, niſi ipſi fuerit inhibitum.*

14 *Iudex non admittens appellationem niſi, ſi & in quantum de iure ſit admittenda, debet hæc uerba adijcere, uidelicet, & non aliter, nec alio modo &c.*

15 *Iudex non admittens ſimpliciter appellationem: debet addere cauſam in ipſo decreto, cur non admittat.*

16 *Iudex non debet appellationem friuolam admittere: ſi eſt reſolutus, quòd ſit friuola.*

17 *Iudex ſi dubitat utrum ſit admittenda appellatio nec ne; dantur ei plura remedia uſque ad numerum. 24.*

18 *Iudex deferens appellationi, non poteſt amplius partem reponere aduerſus prætenſum grauamen.*

19 *iudex reponit appellantem ab interlocutoria tantum: non à diffinitiua, uel uim illius habente.*

20 *Iudex poteſt dare terminum iuris appellanti, ad accipiendum apoſtolos: cum clauſula, & interim quandocunque.*

21 *Appellatio ſi admittatur cum clauſula, & interim quandocunque. uide remiſſiue de illius effectu.*

22 *Appellantis practica redeundi ad recipiendum reſponſionem de Apoſtolis remiſſiue.*

23 *Iudex poteſt petere copiam appellationis, ſibi dari, per appellantem, qui illam dare tenetur.*

24 *Iudici petenti, nedum quando appellatur ab interlocutoria uerum etiam à qualibet alia in qua expreſſio grauaminis requiritur, copia appellationis dari debet. Et qua de cauſa ibi habetur remiſſiue.*

25 *Iudex quid ſeruare debet, ubi appellans repetit ſe toties appellare, quoties appellatio non admittitur.*

26 *Appellans, ſi oritur queſtio inter ipſum, & iudicem, utrum appellatio ſit admittenda nec ne: poteſt petere ſuper hoc conſilium ſapientis: & ſi de negetur appellare.*

27 Iudex

27 *Iudex ubi uidet appellantem calumniosè appellare, appellationi non debet deferre,& in cauſa procedere illo amplius non citato.*

28 *Appellans calumnioſe ab interlocutoria, non poteſt poſtea appellare à diffinitiua quaſi uerus contumax.*

29 *Iudicis,à quo appellatur,tàm ab interlocutoria, quam à diffinitiua,offitium quale ſit:uide ibi remiſſiue.*

30 *Iudex debet animaduertere in appellatione abinterlocutoria coram eo facienda: An appellans ſeruauerit requiſita de iure, & quæ ſint iſta requiſita.*

31 *Iudex debet animaduertere in ciuitate Bonon. utrum grauamen ſit irreparabile per.appellationem a diffinitiua: quia ſi eſſet reparabile non debet illam admittere.*

32 *Iudex debet animaduertere an eius interlocutoria habeat uim diffinitiue,uel non, quia tunc ſi haberet tale uim; in dubio deferendum eſſet appellationi.*

33 *Iudex cognoſcere an appellatio habeat uim diffinitiuæ,nec ne, qualiter poſſit uide ibi.*

34 *Appellatio a futuro grauamine quando admittatur uel non;*

35 *Iudex uolens eludere appellantem poteſt dare ei terminum iuris ad recipiendum apoſtolos.*

36 *Terminus iuris eſt triginta dierum & currit de momento, ad momentum.*

37 *Iudex poteſt interim,pendente dicto termino in cauſa procedere.*

38 *Terminum iuris aſſignandi appellanti: pratica ad malum non utenda, ſed duntaxat contra calumnioſe appellantes.*

39 *Technas Technis trudere licet.*

40 *Appellanti pluries fruſtra,poteſt interdici facultas appellandi,& pœna imponi.*

41 *Appellationi manifeſte friuolæ non deferens,quòd poſſit in cauſa procedere non citato appellante locum habet,niſi ei fuerit inhibitum.*

42 *Iudex ètiam in appellatione à diffinitiua, quando contra regulas Iuris interponitur,& in aliquo caſu regulariter prohibito animaduertat. Et qui ſint caſus huiuſmodi.ibi.*

43 *Appellatio non admittitur,à iudice prohibente ingreſſum in poſſeſſionem in ſummariſſimo poſſeſſorio:& quare.*

44 *Appellatio non datur in cauſis prouiſionalibus ſaltem quoad effectum ſuſpenſiuum.*

45 *Appellatio non datur in cauſa mercedis, nec in alijs caſibus,quos uide.*

re poteris;in quibus uel niſi ſemel in ſtatuto hic allegato.

46 *Appellatio quando interponitur, in caſu prohibito, & contra regulas iuris illa debet qualificari,& probari.*

47 *Appellatio non admittitur,in pluribus caſibus ſtatutum Bonon. uel niſi ſemel.*

48 *Supplicare ſemel tantum licet de iure communi.*

49 *Appellare non licet,in pluribus caſibus,de iure communi.*

50 *Conſtitutiones Rotæ Bonon. ſunt ſeruandæ in foro Reuerendiſsimi Domini Vicelegati in caſibus,quibus poſſunt adaptari. Et quare.*

NONVM CAPVT.

1 SI appelletur ab eo, & ab interlocutoria per eum lata,debet † diligenter aduertere an ſit in caſu: in quo permiſſa ſit appellatio,& quidem de iure Ciuili quod in hoc Ciuitate regulariter eſt obſeruandum. iuxta diſpoſita in concluſione ſtatutorum noſtrorum in uerſ.& ubi ius municipale &c.& in alijs ciuitatibus poſſent vigere ſimilia ſtatuta. Et ut audio in prouincia Romandiolæ, & in Marchia habetur conſtitutio Egidiana quæ ſuper hoc idem diſponit: quo iure attento ap-
2 pellatio non admittitur † ubi grauamen, à quo appellatur poteſt reparari per appellationem à diffinitiua. Iuxta notata per Bart. in l.2.ff.de appell.recipiend. uel non. & Aret. ibidem;& per Bal.in l.2.C.de Epiſ. aud. Et per Franc. Aret. in conſ. 20. In quæſtione, & cauſa Bernabei &c. vbi voluit,quòd licet interlocutoria pariat grauamen irreparabile per appellationem à diffinitiua,& inducat húc effectum ꝙ pôt appellari de iure ciuili ante ſententiam contra
3 regulas communes; tamen per hoc ſolum non dicitur † interlocutoria habere uim diffinitiuæ,& ſubdit,ꝙ ubi poteſt appellari ab in
4 terlocutoria † de iure ciuili in appellatione cauſa eſt exprimenda,de quo eſt tex.in terminis in cap. 1. de Appell. in 6.ideo eſt be
5 ne aduertendum ne iudex † admittat appellationem non admit-
6 tendam, quia eſſet in cauſa ꝙ de litibus lites fierent † ꝙ ut non ſequatur bonus iudex ſummopere præcauere debet; ut inquit gloſſ. in c.contingit.de fide inſtrumentorum: pro ut etiam conſulere debet laboribus, & ſumptibus partium.ſecundum Card.in c.ut debitus,in 3. not. de appell. Et ſicut in dubio debet appellationem à
7 diffinitiua admittere:ut per Dec.conſi. 28. Ita † in dubio appella-

tionem

tionem ab interlocutoria reijcere debet, ut per Benintend. Deciſ. prima Rotæ Bonon. niſi grauamen ſit manifeſtum: cum ut pluri-
8 mum † calumnioſe & friuolè interponantur iſtæ appellationes ante ſenentiã. Et ut conſulendo dicebat D. Chriſtophorus de Caſtilione proprium eſt interlocutoriarum ut ab eis minime appelletur, quod poſuit in conſi. ſuo 37. num. 30. Et hoc pro reg. ponitur, ut per Aret. in d.l.2. de ap. recip. uel non. Et ideo, licet ius cano-
9 nicum latius † procedendo illam indiſtincte à quocunque grauamine permiſerit: ut per Dec. conſ. ſupra proxime allegato; tamen ius ciuile, in concedendo ſeu admittendo illas ſtricte proceſsit, vt patet ex prædictis. quod (vt dixi) hic attendi debet tàm propter diſpoſita in dicta concluſione; quæ generaliter loquitur, quàm propter ſtatutum ſub rubrica de appellat. in prin. & in §. decernentes inſuper, qui §. eſt fol. 52. in ſecundo latere: in quibus locis in ſpetiē de hac diſponitur, non concedendo illas niſi à dictis grauaminibus irreparabilibus ut ſupra dictum fuit.

Et tanto magis debet iudex in hoc diligenter aduertere, & ſtricte procedere, cum ex delatione liget ſibi manus, & abdicet a ſe iu-
10 riſdictionem † etiam ſi appellatio eſſet friuola, ut per Philip. Fran. in cap. cum appellationibus friuolis. de appellat. in 6. in finalibus
11 uerbis † Vbi idem dicit etiam ſi eſſet interpoſita poſt decem dies Et licet eſſemus in notorijs, tamen ſi iudex ei defert ſibi ligat manus: & eidem eſt licet ipſa appellatio eſſet informis. Pariſ. conſi. 106. in fi. in 4. uol. Quæ tamen deciſiones ſunt intelligendæ, ut infra ſtatim dicetur: licet Ang. in conſ. 217. in cauſa appellationis &c.
12 † dixerit, ꝙ quamuis fuerit ei delatum per iudicem ſi & in quan-
13 tum de iure ſit deferendũ (ut quotidie fit de ſtylo,) † Adhuc iudex non habeat manus ligatas niſi ei fuerit inhibitum; & non facta inhibitione proceſſus poſtea factus per ipſum iudicem erit ualidus ſi appellationi non erat deferendũ, & idem quod Angel. tenuit Franc. in d. c. cum appellationibus. in §. ſi uero col. fin. in 2. limitatione. propter quam deciſionem uidetur dicendum ꝙ alia prædicta procedunt ubi ſimpliciter appellationi fuit delatum abſque illa conditione, ſi & in quantum &c.

14 Sed ego conſulo quòd † iudex non admittens appellationem niſi ſi, & in quantum de iure ſit admittenda, curet quòd notarius in fine addat iſta uerba, vz & non aliter nec alio modo: quod uidi pluries ſeruari per iudices practicos; Qui etiam quando non ad

mittunt ipſam appellationem maximè quando ſimpliciter non ad-
15 mittunt † addiunt cauſam in eorum decreto,& curant quòd notarius illam ſcribat dicendo, quia friuolis appellationibus non eſt deferendum, quod eſt ſeruandum.

Et ſic concludendo dico, ꝙ aut iudex eſt reſolutus ꝙ appella-
16 tio eſt friuola,& non admittenda:& tunc † indiſtinctè, & ſimpliciter illam non admittat: addendo cauſam ut ſupra,& ſeruando prædictam formam proxime ſupra deſcriptam. Aut dubitat & non
17 eſt bene reſolutus ſuper admiſsione, & † tunc habet plura remedia.

Primum ꝙ non admittat niſi fiet in quantum &c. Et non aliter nec alio modo vt ſupra.

Secundum quòd dicat ego repono te aduerſus prætenſum grauamen docto de grauamine, non deferendo aliter appellationi.
18 † quia poſt delationem hanc repoſitionem facere non poteſt, ut habetur in breuiario ſexti,& Clem. in cap. 1. de appellat. concluſ.4. ſed uide quæ leguntur & not.in c.ſi à iudice.eod. tit. in 6.ut ſcias quæ ſint agenda per iudicem in iſtis terminis.Et iſta repoſi-
19 tio habet locum † in appellante ab interlocutoria tantum non autem in appellante a diffinitiua: uel vim diffinitiue habente. ut per Bellamer.deciſ.23.& uide ad iſtam reuocationem grauaminis, ſiue repoſitionem Dec.in c.cum ceſſante.de appellat.

20 Tertium eſt ꝙ iudex † det terminum iuris appellanti ad reuerten. ad accipiendum Apoſtolos, & interim quandocunque,& hoc multum frequentatur in Curia prout etiam frequentatur ibidem ſecundum remedium, de quo ſupra: & iſtud tertium fuit ſumptum ex clem.1.de appellat.& ex ca.ab eo. illo eod. tit. in 6. in quibus habetur quid in iſtis caſibus iudex facere debet, & de
21 hoc tertio,& quid importet † illa clauſula, & interim quandocunque,uide Veſtr. in ſua practica fol.167. latere, in fine ;& in folijs
22 ſequen. uſque ad fin.illius cap. ubi etiam ponit † practicam pro appellante in redeundo ad recipiendum reſponſionē a iudice de Apoſtolis maxime de Stylo Cu.Rom.

23 Quartum eſt, ꝙ poterit petere † copiam appellationis ſibi dari per appellantem,ad effectum illam uidendi, & deliberandi,& demum reſpondendi de Apoſtolis,quam copiam appellans dare tenetur omnino ipſi Iudici corā quo appellat. Ita Domin.& Fran. in c.appellatio.de appella.in 6.Et hoc procedit nedum in iſta ap-

pellatione

pellatione ab interloqutoria ſed etiam in qualibet alia in qua
24 † expreſsio grauaminis requiritur quòd etiam eſt in diffinitiua in certis caſibus de quibus per Franc.in ca.ut debitus. de appellat.& cauſam propter quam ſit danda dicta copia poterit iudex colligere ex doctrina Felyn.in cap. quod ad conſultalionem num. 25.de Re iudi.

Aduertat etiam quod ubi appellationem non admittet procuratores conſueuerunt a non admiſsione appellare. Nam tunc iu-
25 dex debet reſpondere † ꝙ ipſe toties quoties ipſe appellat non admittit cum clauſula ex nunc prout ex tunc, ita ꝙ ipſe ſit ultimus in non admittendo,& iniungere Notario de ipſa appellatione rogato: quòd ita ſcribat,quia ſicut cautela eſt pro Appellante ut toties quoties non admittitur appellet à non admiſsione. Ita è conuerſo cautela eſt pro Iudice: ut ipſe quoque toties quoties non admittat,& curet ꝙ ſcribatur,ut ſupra.

Et eſt notandum ꝙ ubi orietur quæſtio inter iudicem dicentem appellationem non admittendam, & appellantem qui dice-
26 ret eam admittendam † poſſet appellans petere ſuper hoc conſilium ſapientis,& ſi denegetur poſſet appellare.ita Franc.in cap. ſæpe.de appellat.Card.Alex.in d.cap.vt debitus.eo.tit. in 11.col. in fin.& per Rom.in conſi.501.col.2.in prin. ibi quinimmo &c.

Et multa ex his quæ ſupra dixi probantur ex pulchra Doct. Barto.in hac materia.in l.intra vtile col. 2.ff. de minor. vbi ponit quale debeat eſſe officium iudicis à quo appellatur ab interlocutoria:Et ulterius etiam dicit: Quod ubi videt appellantem calumnioſe appellare,& propterea non vult deferre appellationi, & in
27 effectu ei non defert † poteſt in cauſa procedere appellante amplius non citato, quaſi ſit uere contumax: & allegat cap. eum qui, de dol.& contum. in 6. ubi Doctores videantur, & de quo etiam latius infra dicetur: Et addo ego quòd non poteſt poſtea à diffi-
28 nitiua † lata contra eum per talem iudicem (ubi manifeſte friuole appellauit ab interlocutoria) appellare per tex.in Clem.prima de dol.& contum. Barto.in d.l. intra vtile.loco ſup. citato, & per Card.Alexan.in d.cap.ut debitus in princ.verſi. ſed ſit cautus &c.
29 Et latius quale debeat eſſe officium iudicis † à quo appellatur tam ab interlocutoria quam à diffinitiua viden. eſt Specul. in tit. de appellat. §. nunc dicamus.in libro ſecundo.in primo tomo. Et Veſtrius in dicta ſua practica, ſub rubrica de appellat. Apoſtolis

 & fol.

&fol.151.verſo,vbi per totum illud caput tractauit hanc materiam
& etiam de appellat.interpoſita a ſententia in poſſeſſorio lata; de
qua & illius materia uideatur latiſsime per d. Contard. aduocatum curiæ Romanæ in eius celebri repetitione legis primæ.C.ſi de
moment.poſſeſſ.fuerit appellat.

Et quia dixi, quòd iudex debet deliberare in caſu dubio, quando
eſt ambiguus an eſſet admit. nec ne, ubi coram eo in ſcriptis appellatio interponitur, ut fieri debet quando ab interlocuutoria appellatur.c.primo,de appel.in 6.in clemen.appellanti eodem tit.&
propterea poteſt petere copiam illius, ut uideat cauſas in ea allegatas: an ueræ ſint nec ne: & an ipſe uere intulerit grauamen allegatum in eo: Dico etiam quod Iudex debet aduertere, an illa
30 & circa † eam appellans ſeruanda ſeruauerit: & requiſita de iure quæ ſunt decem, quæ requiruntur ad hoc, ut ualeat ipſa appellatio ab interloquutoria de quibus per Aret. in l.2.ff.de appellat.
reci.colum.2.& ultra illum uiden.eſt etiam Rebuff. ſuper concordata:ſub rub.de friuol.appell.fol.mihi 223.& Rom.d.conſil.501.
in prin.Immo duodecim requiruntur ſecundùm Card.Alexandri.
in d.c.debitus col.19.qui ibi enumerat omnia requiſit a.

Aduertendum eſt tamen ſemper (ultra alia) in iſta ciuitate Bo-
31 noniæ:utrum grauamen † ſit irreparabile per appellationem à diffinitiua uel non. quia ubi eſt reparabile non debet illam admittere.Ad quod cognoſcendum poterit reccurrere ad theoricam Bal.
32 in l.2.ff.de appel.recip. eſt etiam aduertendum † an eius interloquutoria ſit talis,quæ habeat uim diffinitiuæ uel non: quia ſi haberet talem uim,certe prædicta non procederent in ea:ſed eſſet regulanda,ut appellatio à diffinitiua. & ideo in dubio ei eſſet deferen.
33 Ad quod cognoſcen. † poterit habere recurſum ad Francum in cap.cum ceſſante.de appellat.& ad Card.Alex.ibidem & ad Aret.
in d.conſ. 20.

Et quia aliquando poſſet quis appellare à futuro grauamine non illato & forte etiam non comminato:quando talis appellatio ad-
34 mittatur uel non,poterit uideri apud Com.in conſi.80.in deciſiuis uolum.1.colum.ſecunda,& per Abb.in c.1.de dilat.Habet etiam
35 iudex † alium modũ eludendi appellantem: uidelicet dãdo ei terminum iuris ad comparendum coram eo ad recipiendum apoſto-
36 los,qui eſt triginta dierum, † & currit de momento ad momentũ
37 & poteſt interim ipſe in † cauſa procedere: ut eſt deciſ.Rot.128.
incipien.

incipien. ſi iudex,in nouis, ubi prima additio ibi poſita eſt pro iſta
parte, licet ſecunda uideatur in contrarium , quod nota , ſed non
38 utaris ad malum † ſed duntaxat contra euidenter calumnioſe ap-
pellantes , & alios dilaniare uolentes; qui multoties utuntur lege
39 bona ad malum finem; quo caſu licet † technas technis trudere,ut
aiunt. non omitto etiam unum quod eſt nota dignum contra iſtas
Rabulas, qui, a quolibet actu fruſtatorie appellant. Nam ſi plu-
40 ries quis fruſtatorie appellat † poteſt priuari facultate ulterius
appellandi: ſecundum Rip.in capit.1.de reſcript. ubi etiam dicit,
quòd poteſt puniri : quam practicam potuiſſent ſeruare Domini
Rotæ Bononiæ Auditores, contra quondam Procuratorem,qui in
una cauſa interpoſuit pluſquam uiginti appellationes, appellabat
enim ab omni decretò & erat pro actore : potuiſſent etiam illum
pnnire,in ſpecie pena arbitraria: & in quantum dixi ſupra : quòd
ubi iudex non defert appellationi manifeſtæ friuolæ poteſt proce
dere in cauſa & ad diffinitiuam appellante ulterius nõ citato. per
tex.in cap.eum qui.de Dol. & coutu.in ſexto, id intelligitur niſi ei
41 fuerit inhibitum † ut ex iniunctis colligitur & expreſſe ponit Fräc.
in d.c.eum qui in prima colum.ſuper glo.uerbi(appellans)pro cu
ius intellectu etiam uide quæſ.322.Capel.Tholoſ.Rot.deciſ.412.
num.3.in nouiſ.& Ang.Aret.in l.eius qui.ff.de appell.col.4.prope
finem.& ſic uides qualiter tales friuolæ appellantes conſtituant ſe
in periculo.

Quando autem appellatur à diffinitiua licet iudex tantum non ha
beat laborare in diſcernen. an appellationem debeat admittere
42 necne. tamen ad huc quoad illam debet animaduertere † an con-
tra regulas iuris interponatur : & in aliquo caſu regulariter pro-
hibito . quos poterit uidere in practi. Alciati (ſi ſua eſt) pa-
gina 251.& apud Spec.in §.in quibus.ſub tit.de appell.lib. ſecon-
do, parte 3. in primo Tomo, & penes Nicellum in ſuo tractatu
de concordia Gloſſarum, & inter alios caſus dicas, quòd non ad-
mittitur nec admitti debet appellatio,quando iudex in poſſeſſorio
43 ſumarijſsimo prohibuit appellantem ab ingreſſu poſſeſsionis: quia
iſta prohibitio uenit ex legis prouiſione & ex equitate ipſius legis
uidelicet de qua in l.æquiſſimum,ff.de uſufru.& ideo non habet in
iuriam. Ita dicit Pariſ.de Put.in tracta.ſyndi. in uerſi.iudex ut non
arguatur de negligentia.colum.1.nume.24.fol.73. ſecundum ma-
gnam impreſsionem; Idem tenuit Neuiz.in conſil.81.nu.4.Benin-

tend.

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA

tend.concluſ.79.mota lite &c.ubi late examinat.& Nat. in conſil. 121.nu.9.vol.1.

44 Et quòd non datur appellatio † in cauſis prouiſionalibus: ſaltē quoad effectum ſuſpenſiuum.& ea non obſt ante fiat exequutio tenet Rebuff.in tract.de appell.num.36.in 3. Tomo. & in tracta.de ſenten.prouiſionalibus.in primo Tomo pag.262.in cap.incipiente.

45 & ſic patet,& ſequenti. facit ꝙ uoluit Angel.in cauſa † mercedis loquens in l.quiſquis.C.quorum appel.non recip.& aliquos caſus, in quib:non datur appellatio,uel niſi ſemel,uidebis in ſtat.prædicto ſub rubr.de appell. in d.§.decernentes.cum plur.ſeq.fol.52.& 53. nam ubi interponitur contra regulas iuris,& in caſu prohibito, ut

46 ſupra,ipſa appellatio † tunc debet qualificari & probari, ſecundū Aret.in d.l.2.de appell. recip.in ſecunda col.& in 3.in fine, & per Doctor.in ca.quod ad conſultationem de re iud. ubi latiſsime per Felyn.

47 Sunt etiam aliqui caſus in quibus in hac ciuitate † licita non eſt appellatio, ubi aliàs liceret eam interponere de iure communi: puta in cauſis literarum cambij: & ſcriptorum priuatorum, ut per ſtatutum fori mercatorum ſub rubrica, delle lettere del cambio. &c. Item ubi villa cogitur ad emendationem damni dati alicui & a quo illatum fuerit ignoratur,& quando fuit facta exequutio iuxta formā ſtatuti poſiti ſub rubrica de præcept. facien. confeſ.uel conui. in quacunque illorum caſuum de quibus in illo exequutionem tangentium non appellatur, & in aliquibus etiam caſibus,unica tantum appellatio permittitur ab eiſdem ſtatutis communis Bonon. Et aliquando ubi de iure etiam ciuili prohibetur penitus: nam de iure ne hæres ſcriptus in poſſeſſ. mittatur appellatio prohibetur, etiam ſub pęna parti & iudici, ad l.quiſquis. C. quorum appel.non recip.tamen iſto caſu eſt conceſſa unica appel. ad ſtatutum de appell.in §.præterea, & eſt declaratum per conſt. Rot. ſub num. 108. quòd appellatio huiuſmodi habeat utrumque effectum:quamuis poſſeſſorium prædictum ſit aliàs ita priuilegiatum.Item a ſententia lata in terminis ſtatuti de Arbitr.domini poteſt.Bonon. in cauſis pupillorum &c.& in terminis alterius ſtatuti de inſtrum.teſtam.& laud.execut.mandan. & a pronuntia ſuper deſertione lata, unica tantum datur appellatio: ut de hoc vltimo. in conſt.Rotæ num.3.fol. 8. Et ſimiliter in cauſis à centum libris infrà,ut in conſtit.Rot.num.41.fol.3.in ſecunda facie. Addo etiam

quòd

quód à ſententia lata ſuper correctione erroris non datur appel-
latio, ut habetur in ſtat. ſub rubrica, de erroribus notar. in §. cui de-
clarationi, & in ſeq. in fin. & in pluribus alijs caſibus tollitur appel
latio, & in alijs ſemel tantum admittitur: de quibus in ſtatut. Bon.
ſub rubrica. de appel. in §. ſi uictus &c. & in §. decernentes inſuper
&c. uſque ad §. inſuper volentes, excluſiue. & etiam eodem ſtat. ca
uetur quòd licet ſemel tantum querelare pro qualibet parte, ut
48 habetur in §. ſed quia per præſens. ſicut etiam † de iure communi
licet ſemel tantum ſupplicare. l. aduerſus & ibi not. IaſC. de pre-
49 cib. Imper. offer. & plures caſus in quibus de iure communi † non
appellatur: uide per Specu. tit. de appella. d. §. in quibus ubi addu-
cit. 37. Vide etiam Soc. in tract. regularum & fallentarum. reg. 40.
ubi ponit. 32. fall. ad regu. affirmatiuam quæ habet, quod in quali-
bet cauſa appellatio eſt permiſſa. de qua in l. & in maioribus. C. de
appellat. & per glo. in l. qui reſtituere. ff. de rei uend. Et aduerten-
50 dum eſt, quia uidetur quòd † conſtitutiones Rotæ ſint ſeruandæ.
etiam in foro Reuerend. Dñi pro tempore Vicelegati ſeu guber
natoris: prout probari videtur ex conſtitutione fori prædicti inci-
pien. in reliquis autem &c. Quoniam ipſæ conſtit. Rotæ ſatis di
cuntur eſſe ſtatuta Bonon. ut de ſe patet: quoniam conſtitutio di-
cuntur quaſi ſimul ſtatuitio: ut per Abb. & alios ſcribentes in rub.
de conſtit. in antiquis, facit text. ad hoc in cap. canonum ſtatuta. de
conſtit. ergo &c, & hoc in caſibus in quibus poſſunt adaptari ipſæ
conſtitutiones fori ipſius Reuerendiſsimi Domini, & ut iura iurib.
concordentur, & proceſſus minus diuerſificentur, quam ſit poſsibi-
le; ſed declarando hic dicta per me dico, quòd ego intelligo de
conſtitutionibus editis ante annum. 1570. quæ erant ſatis tolerabi
les, non autem de alijs editis de dicto anno. 1570. ſub die 9. Ianua
rij: quæ in multis deuiant a iuris tramitibus, & videntur quodam-
modo machinam iuris in pluribus ſubuertere: & plura abſurda cō
inere, ut cuilibet uiro erudito illas legenti patere poteſt.

SVMMARIVM.

1 *Iudex debet abſtinere a proceſſu ad ulteriora, quando ſibi eſt inbibitũ: licet per ipſum non fuerit delatum appellationi: ſi inbibitio eſt canonica.*

2 *Inbibitio quando dicatur canonica, & quando cognoſcatur.*

3 *Inbibitio*

3 *Inhibitio ex quibus cauſis annulletur uide allegata hic.*
4 *Inhibitio ſiue iuſta ſiue iniuſta eſt timenda: qualit er iſtud dictum intelligatur.*
5 *Querela ex forma ſtatuti Bonon. loco appellationis ſuccedit, licet ſemel tantum admittatur.*
6 *Iudex commiſſarius in cauſa appellationis ab interloquutoria, non debet inhibere de iure, niſi uiſa prius appellatione, quæ prima facie legitima appareat.*
7 *Iudici commiſſio ſola non tribuit iuriſdictionem, ut poſſit cognoſcere de cauſa appellationis: ſed ipſa appellatio.*
8 *Iudici ſi appellatio eſt nulla nihil deuolu it ur, qui propterea non poſſet ad inhibitionem procedere.*
9 *Iudici producenda eſt etiam ſententia, cum appellatione, ut poſſit inhibere.*
10 *Iudicem non poſſe inhibere niſi parte citata ſtatutum Bononien. diſponit.*
11 *Iudicem omni potentia faciendi inhibitionem priuat ſtatutum; parte non citata.*
12 *Attentata, ubi conſtat de nullitate appellationis, non reuocantur.*
13 *Attentata quando conſtat appellationem euidenter iniuſtam, non reuocantur.*
14 *Attentata, ſi eſt expreſſe iuri contraria appellatio, non reuocantur.*
15 *Inhibitio debet interpretari ſecundum terminos iuris.*
16 *Iudex appellationis ab interloquutoria ſtatim præſentata ſibi commiſſione committit citationem, & inhibitionem, modo de quo ibi: ex ſtylo ciuit. Bononiæ.*
17 *Inhibendi ſtylus Bonon. iuſtificatur per deciſ. Rotæ ſacri palatij apoſtolici allegatas hic.*
18 *Inhibitio. in ea ſtylus eſt ſeruandus: ſed uide dicta hic. nu. 19.*
19 *Statuta Bonon. expreſſe reprobant ſtylum remouentem obſeruantiam ſtatutorum.*
20 *Stylus contra ſtatuta eſt nullus: ſtante confirmatione ipſorum ſtatutorum, cum decreto irritanti, etiam ſi conſenſus partium interueniſſet.*
21 *Clauſula decreti irritantis appoſita in diſpoſitione inducit formam, cui renuntiari non poteſt.*
22 *Iudices ius reddentes in ciuitate Bononiæ pro tempore: ex quo non habuerunt poteſtatem legis condendæ: non potuerunt inducere ſtylum*

contra

contra ſtatuta prædicta.

13 *Inhibitionibus contra dicta ſtatuta factis non ſuffragantur commiſſiones obtentæ a ſuperioribus pro tempore cum poteſtate inhibendi (citatione non facta) per rationes ibi deductas.*

24 *Citatio non poteſt tolli: etiam à Principe de poteſtate ordinaria: quia tolleretur defenſio.*

25 *Citatio eſt de iure diuino.*

26 *Iudex ante omnia infra octo dies ſub pena, tenetur cognoſcere & pronuntiare: an appellatio deuoluatur nec ne: parte petente ex forma ſtatuti Bononiæ.*

DECIMVM CAPVT.

VBI verò eſt canonice inhibitũ iudici a quo fuit appellatũ ab interloquutoria etiam ſi per eum non eſſet delatum appellationi, officium eius erit abſtinere a pro-
1 ceſſu † ad ulteriora, propter diſpoſitionem tex. in ca. non ſolum, de appell. in ſexto. in ſecundo reſponſo.

Et hoc demũ ubi ipſa inhibitio eſſet canonica & legitima; propter uerbum (canonice) de quo in illo textu.

2 Et ad cognoſcendum quando inhibitio † dicatur canonica: uideantur. dd. de Rota deciſ. 412. in nouis.

3 Et ad annullandum † inhibitionem, uide Franc. Aret. conſil. 33. incipien. conſultatio &c. & conſi. 75. Alexan. conſi. 58. cum ſequen. in uolum. 7. & per Pariſ. conſil. ultimo, uolum. 4. quamuis alias di-
4 camus ꝙ ipſa inhibitio ſiue iuſta ſiue iniuſta † ſit timenda: ut per Rot. deciſ. 307. in antiq. ad quod uide omnino eleganter & ſubtiliter deducta per Ruy. in l. 1. colum. quarta, in gloſſ. uerbi (opus) de noui oper. nuntiat. & in pluribus col. ſeq. ubi habebis declaratum illud dictum.

Si autem iudex eſſet commiſſarius in cauſa appellationis uel
5 querelæ: quæ † ex forma ſtatuti noſtri loco appellationis ſuccedit; ut in ſtatut. ſub rubrica. de appellat. §. & quia fol. 55. licet ſemel tantum querelare liceat pro qualibet parte, ut ibi dicitur: & tunc producta commiſsione coram eo, ſi eſt commiſſarius in cauſa ap-
6 pellationis ab interloquutoria † non deberet inhibere de iure, niſi prius uideret appellationem, quæ prima facie ei legitima appa-
7 reret, & hoc quia commiſsio † ſola non tribuit ei iuriſdictionem

ad hoc

ad hoc ut poſſit cognoſcere de cauſa appellationis, ſed appellatio quæ eſt illa qua mediante negotium & cauſa appellationis deuoluitur ad ipſum iudicem, notatur in cap. cum Ioannes de fide inſtrumen.in fin.& per Affliſt.decif.155. ſi igitur eſt nulla nihil ea
8 † mediante deuoluitur ad eum: ut eſt tex.in cap.Romana.§.ſi uero de appellat.in ſexto,& ibi gloſſ.uerbo(præſumeretur)& conſequenter non poteſt ad inhibitionem procedere, nec ad aliquid
9 aliud, niſi coram eo producatur appellatio legitima,imò † & ſententia,ad quod uideatur Dec.poſt alios in cap.cum in eccleſia nu. ſecundo,& ibi optima apoſtilla ſub litera. A. de appell.Hinc ſtatutum noſtrum diſponit, quòd Iudex appellationis ab interloquuto
10 ria non poſſit inhibere † niſi parte citata in cauſa prædicta;& niſi prius (ſi petitum fuerit) facta pronuntiatione, ſuper deuolutione,uel non,ut in ſtatuto ſub rubrica.de appel.§.etſi ab interloquutoria &c. fol.46.in ſecunda facie; quod ſtatutum loquitur per hæc
11 uerba (non poſſunt) præponendo negatiuam † uerbo (poteſt) quo caſu priuat iudicem omni potentia, faciendi dictam inhibitionem ut not.in c.1.de reg.iur.in 6.

Et ideo propter præmiſſa ſolemus dicere quòd ubi cõſtat de nul
12 litate appellationis † non reuocantur attentata:ut per dd.de Rot. decif.356.in antiq.nota ꝙ attentata &c.& Bal.poſt Inn.quem allegat in l.appellatione.col.2. C.de appell.

13 Et idem quando conſtat † euidenter appellationem iniuſtam. Guid.Papa.q.parlamenti.436.in 13.quæſt.

14 Et idem ſi appellatio ſit expreſſe † iuri contraria. Bal.in cap.ſancimus.in uerbo dixerit.quo temp.mil.&c. in uſibus feud. Nimirum
15 quia inhibitio debet † interpretari ſecundum terminos iuris.Dec. conſi.33.uiſo proceſſu &c.ſub num.4.uolum.primo. Et faciunt adducta per Pariſ. in conſil.39.& in additione. ibi poſita in fin. dicti conſilij in primo uolum.ubi ſub nume. 28.allegat d.conſi.Dec.& in pluribus locis d. conſilij 39.& dictæ abditionis plura ponit inſtruentia iudicem,& partes,ad intelligendum & interpretandum ſimiles inhibitiones, & cenſuras quæ in illis continentur præſertim ſub num.29.Et in hac materia,uide Quintilia.Mandoſ.omnino in tractatu de inhibitionibus.

Veruntamen etſi præmiſſa uera ſint de iure, eſt aduertendum:
16 quia ſtylus inducit in iſta ciuitate, † quòd quilibet Iudex etiam appellationis ab interloquutoria ſtatim pſentata ſibi cõmiſſione com-

committit citationẽ cum mandato de nihil innouando contra partem aduerſam, quo caſu iudex uidetur poſſe hoc facere, quia dicunt dd. de Rot.deciſ. 11. in nouis quòd ſtatim poteſt iudex inhibere, tranſmittendo inhibitionem cum citatione in eadem charta:
17 per quam deciſ. dictus Stylus † iuſtificari uidetur, quia ita ſeruatur hic.
18 Et in terminis, quòd ſeruãdus ſit Stylus † in iſto caſu quoad inhibitiones fiendas, tenent Abb. & alij in c. dilectus il 2. de reſcrip. ad quod tamen dici poteſt quòd Stylus contra ſtatuta nõ potuit in
19 duci quia expreſſe reprobatur ſtylus remouens † obſeruantiam ſtatutorum per ſtatuentes noſtros: vt in concluſione ſtatutorum in verſ. Poſtremo ordinamus. fol. 191. in ſecundo latere, & maxime
20 ſtante † confirmatione ipſorum ſupra allegata cum Decreto irritante, quæ & quod operatur vt actus contra ſtatuta facti per quos aliàs dici poſſet inductum fuiſſe ſtylum: fuerint nulli, etiam ſi in illis conſenſus partium interueniſſet, nec opponeretur exceptio. per glo. in cap. ſtatutum. in prin. in uerbo (committatur) de Reſcrip. in 6. & ibi videndus eſt Probus, & in ca. tibi eod. tit. latius de hoc in addit. ad Ioan. Mona. Nimirum, quia quando dicta clau-
21 ſula decreti apponitur † videtur data forma vt not. Bal. in l. 1. de lib. & poſt. & formæ renuntiari non poteſt, ut not. Bar. in l. de his. de tranſact. facit quod not. Barb. in conſi. 58. col. 7. in fi. & 8. in prin. uol. 4. Et etiam non potuerint inducere ſtylum: qui tamen etiam induci non potuit ſic contra ſtatuta per iudices qui fuerunt ad red-
22 dendum ius in ciuitate Bononien. pro tempore, † ex quo non habuerunt poteſtatem legis condendæ. ad not. per Dec. in rub. de conſu e. col. 3. nu. 7.

Et ideo videtur quòd iſte ſtylus non releuet quia nullus; & omnes videntur in hoc errare: nec videntur ſuffragari commiſsiones
23 obtentæ a ſuperioribus pro tempore cum poteſtate inhibendi etiam partis citatione non facta (ut aliàs vidi & quidam Procurator Bonon. antiquus ſemper in ſuis commiſsionibus ponebat ea
24 verba) quia videtur dici poſſe quòd citatio nõ poteſt tolli † etiam a principe de poteſtate ordinaria: ſecundum Doct. noſtros, & præſertim Claud. Aquen. in repet. l. ut uim de iuſt. & iure num. 2. ubi ponit concluſsionem regularem declaratam ut ibi per eum: multo
25 minus ab inferiore, quia tolleretur defenſio, & quia † citatio eſt de iure diuino cum deus citauerit Adam in Paradiſo Cle. paſtoralis.

lis.ubi iſta probantur de ſenten.& re iud.

Niſi dicamus ꝙ, illud ſtatutum intelligitur ut habeat locum quando citaretur diuiſim ab inhibitione: & inhibitio fieret ſimiliter ſeparatim ab ipſa citatione:ſecus autem ſi inſimul, & in eadem membrana citatio & inhibitio deſcriberētur propter dictam deci. 11.in nouis. Videnda eſt tamen & bene ponderando dicta deciſ. in quibus terminis loquatur: & an loquatur in appellatione ab interloquutoria nec ne.& an loquatur in terminus ſtyli Ro. Cur. qui reuera ita ſe habet, quando Citatio eſt exequenda in partibus. nam ſecundum dictum ſtylum dicta deciſ.ſine dubio procedit.

Sed poſt productionem appellationis (ſi pars hoc petat) tene
26 tur iudex pronuntiare & prius cognoſcere † an appellatio deuoluat uel non,ſaltem infra acto dies,ſub pœna iudici cominata ut in dicto ſtatuto de appellat.§.& ante omnia &c.fol.46.in ſecundo latere, quod non uidetur fuiſſe inductum ex alia cauſa niſi ad euitandum circuitus, labores & expenſas.

SVMMARIVM.

1 *Iudex debet perlegere conſtitutiones Rotæ & illas memoriæ mandare et obſeruare & quare.*

2 *Conſtitutiones Rotæ lites multum breuiant & partes ſubleuant & laboribus & expenſis.*

3 *Conſtitutiones ludibrio.et eluſoriæ eſſe non debent.*

4 *Conſtitutiones nec etiam modici effectus eſſe debent.*

5 *Iudex non debet eſſe facilis ad committen. citationem pro ſuſpecto: niſi prius conſtet ſibi de debito & alijs requiſitis.*

6 *Citationes pro ſuſpecto quæ requirant tam de iure quam ex forma ſtatutorum.*

7 *Citatio pro ſuſpecto pro modica ſumma committi non debet:& quæ dicatur modica.*

8 *Iudex non debet eſſe facilis ad committendum ſequeſtrum, regulariter de iure prohibitum.*

9 *Statutum Bonon.ponit quatuor capita in quibus ſequeſtrum permittitur ſeruatis tamen ibi depoſitis.*

10 *Iudex ante commiſſionem ſequeſtri,debet uidere an ſit in aliquo caſuum permiſſorum a ſtatuto uel a iure.*

11 *Iudex ante omnia uideat an requiſita a ſtatuto uel a iure fuerint ſeruata*

ta: quia hoc eſt de ſubſtantia quo ad eum.

12 *Quartum cap. ſtatuti permiſſiuum ſequeſtri continet plures caſus ſub ſe*

13 *Sequeſtrum aliquando fit propter ſuſpitionem ne debitor bona ſua occultet & exportet, & ſic propter litem aſſicurandam.*

14 *Sequeſtrum litis aſſicuratiuum: oblata & data ſati ſdatione debet reuocari.*

15 *Sequeſtum aliquando fit ad finem ut debitor ſoluat pro executione inſtrumenti uel ſententiæ, & tunc non reuocatur niſi ſoluat.*

16 *Illud requiritur ad reuocandum quod requirebatur a principio ne concederetur.*

17 *Iudex bonus ſemper curare debet ut aſsicuretur iudicium.*

18 *Deſcriptio fructuum rei immobilis de qua cõtrouertitur de facili committitur & ratio aſsignatur.*

19 *Deſcriptio fructuum eſt permiſſa a ſtatuto & a iure communi.*

20 *Iudex non debet eſſe facilis ad committendum deſcriptionem ſiue inuentarium bonorum mobilium & librorum, ac inſtrumentorum alicuius pro cauſa ciuili, & rationem uide ibi.*

21 *Patrimonium noſtrum ne pandatur noſtra intereſt.*

Quod maxime locum habet in mercatoribus.

23 *Deſcriptio regulariter non fit niſi de bonis fallitorum uel delinquentium.*

24 *Iudex debet uti maxima diſcretione & pedibus plumbeis incedere, ubi agitur de periculo honoris & famæ hominis.*

25 *Iudex non ita de facili aſſotiationem concedere debet ex reuocatione præcarij uel uigore conſtituti.*

26 *Iudex a quo petitur aſſociatio ad bona primo ſcrutetur, an ſint penes debitorem ſeu uenditorem & ſimiles uel illius hæredes. An uero penes tertium poſseſsorem.*

27 *Bona ad quæ petitur aſſociatio ubi ſunt penes tertium poſſeſſorem: ueri practicantes obſeruant quòd fiat illius citatio.*

28 *Adducuntur conſilia contraria Soci. & Barb. & aliorum ut ibi.*

29 *Statutum Bonon. ſub rubrica de pœna offitialium male iudicantium, declaratur in materia tenutæ decernendæ.*

30 *Tenutam petens ad euitandum opiniones tutiorem uiam eligat: uidelicet citandi tertium poſſeſſorem.*

31 *Intellectus & limitatio legis ſi. C. de acquir. poſſeſſ. adducitur ibi. remiſſiue.*

32 *Tenutæ conceſſæ & adeptæ reſpectiue parte non citata nullitatem: & plures*

D

plures caſus in quibus illa poteſt comitti abſque citatione uide hic remiſsiue.

33 *Practicam fori Reuerendiſsimi domini pro tempore Vicelegati ſeu Gubernatoris: qua omnia fere iuditia incboantur a præceptis pœnalibus cancellariæ uide hic.*

34 *Præcepta pœnalia cancellariæ clauſulata cenſentur reducta, tam de iure communi, quam ex forma conſtitutionum fori ad terminos iuris per ſimplicem comparitionem.*

35 *Decreti ſubintellecti in actu comparitionis ex cauſa præcepti clauſulati forma uerbalis.*

Et quid quando non ſubeſt periculum alicuius innouationis.

Item quando talia præcepta habent uim nuntiationis noui operis.

38 *Decreto reductionis præcepti huiuſmodi habentis uim nuntiationis noui operis conſueuerunt apponi uerba, ſaluo iure nunciationis.*

39 *Præcepta clauſulata, ſi negãtur poſſe reuocari uel reduci ueluti facta in exequutionem iuris quid agendum.*

40 *Præcepta huiuſmodi facta ſine cauſæ cognitione non ualent: & quòd poſt decem dies ab eis poſsit appellari.*

41 *Ad excuſandum quem a pœna ſiue mulcta comminata in illis uide hic.*

42 *Modus incipiendi lites a præceptis pœnalibus ut ſupra: unde originem traxerit.*

43 *Iuditia in Curia Romana qualiter incboentur.*

44 *Statuta Bonon. uidentur obſtare plurifariam practicæ incboandi iuditia, ut in Cur. Rom.*

45 *Clauſulæ ſalutares quæ in productione præcepti in uim petitionis ſecundum practicam incboandi ab illis ſubintelliguntur quæ ſint.*

46 *Intellectus ſtatuti ſub rub. de uoc. in iure & uenien. in principio.*

47 *In ſtatutis non admittitur quid pro quo.*

48 *Ciues boni ſemper inniti debent obſeruantiæ & conſeruationi ſtatutorum & ordinum ſuæ Ciuitatis.*

49 *Practica incboãdi iud. ab huiuſmodi præceptis eſt in cauſa quòd Procur. Bonon. reddunt expertes & deſides & non curant indagare actiones aptas proponendas.*

50 *Practica Cur. Rom. ad practicam Ciuit. Bonon. non ualet argumentum: quoad incboandum iud.*

VNDE-

VNDECIMVM CAPVT.

ADVERTATVR etiam quòd in procedendo
per iudices in ciuitate Bonon. ſeruentur dictæ conſti-
1 tutiones, quas propterea ipſi iudices deberent † per-
legere & memoriæ mandare: & certe niſi illæ ſerua-
rentur eſſet malum magnum, quia res quæ illis me-
diantibus in claro deducta eſt rurſus obſcura redderetur. & eſſet
2 abſurdum quandoquidem per illas multum † lites abbreuien-
tur: & partes ſubleuantur a laboribus, & expenſis, & quia ludibrio
3 & eluſoriç eſſe † non debent l. ſi prætor. in fi. principij. ff. de iud. nec
4 etiam eſſe debent † modici effectus glo. cap. quamquam. de uſuris
in 6. quam ad hoc iudicit Petri Rauen. in compendio iuris canoni-
ci ſub tit. de uſuris in 6. Non tamen intelligo de illis quæ fuerunt
reformatę ut prætenditur de anno. 1570. ꝙ ex lectura illarum pa-
tet: qui contra illa; multa dici poſſent ut alias ſupra dixi.
5 Vltra prædicta animaduertat multum iudex † quòd non ſit fa-
cilis ad committendam citationem perſonalem pro ſuſpecto quæ
alias uocatur a Doctoribus realis: niſi prius cõſtet ſibi de debito
6 & de alijs requiſitis quæ ipſam capturã præcedere debet: de quibus
† per Ang. in l. extat. ff. quod met. cã. & p Cacialupũ in tract. de ſu-
ſpect. fugit: in hac ciuitate iuxta formã ſtatuti noſtri poſiti ſub rub.
de ſequeſtr. §. præterea: fol. 80. ubi forma ſeruanda in hoc caſu ha-
7 betur. Nec pro modica ſumma † committi debet ut per Rom. in
ſingul. ſuo 96. incip. Dic mihi &c. Quæ autem dicatur modica ſum-
ma habetur in l. ſi oleum, in fin. & in l. ſeq. ff. de dolo. ubi dicitur ꝙ
eſt ſumma duorum Aureorum &c.
8 Neque ẽt ſit facilis † ad committendum ſequeſtrum: quòd re-
gulariter de iure eſt prohibitum l. 1. C. de prohi. ſequeſt. pecuniæ.
6 Et ſtatutum noſtrum ponit † quatuor capita in quibus illud per-
mittitur: ſeruatis tamen ibi diſpoſitis: & ideo uideat iudex ante cõ
10 miſſionem † an uolens obtinere ſequeſtrum, ſit in aliquo dictorũ
11 caſuum. Et an illa requiſita † a ſtatuto fuerint ſeruata: quia hoc
eſt de ſubſtantia quoad eum, ut probatur ex Doct. Bar. in l. multũ
de cond. & demonſtr. & in l. hæc autem. §. primo ff. de quibus ex
12 cauſ. in poſſeat. & eſt aduertendum, qui quartum caput † in quo à
ſtatuto prædicto permittitur ſequeſtrum, ſub ſe continet plures ca-

ſus:ut patet in ipſo ſtatuto in §.ſi uero q̃ſtio uel cõtrouerſia &c. fol.201.in 2.latere,qui caſus ibi uideri poſsint: & ideo illos aliter non refero. Et etiam aduertendum in practica nam ſequeſtrum
13 fit aliquando † propter ſuſpitionem debitoris, ne bona ſua occultet & exportet,& ſic propter litem aſsicurandam. Et tunc ſta-
14 tim oblata & data ſatiſdatione † debet ſequeſtrum reuocari:ali
15 quando uerò fit ad finem, ut debitor ſoluat & ſic pro exequutione inſtrumenti uel ſententiæ,& tunc non reuocatur niſi ſoluat
16 quia illud requiritur ad reuocandum † quod requirebatur ab ipſo principio ne tenuta daretur uel ſequeſtrum concederetur,quod eſt menti tenendum ſecundum Paul.de Caſt.ponentem dictam diſtinctionem in l.ſi fideiuſſor.§.ſi ſatiſdatum.ff.qui ſatiſd. cogan.Bo
17 nus enim iudex † ſemper debet curare ut aſsicuretur iuditium arg.tex.in c.eccleſia S.Mariæ.il primo.ibi ut ſi eccleſia &c. ut lite
18 pendente: ſcias tamen q̃ deſcriptio fructuum † rei immobilis de qua controuertitur: de facili per iudicem committi poteſt & debet:quia propter illam nulli fit præiuditium, & releuatur actor a laboribus & expenſis quas facere teneretur (ſi obtineret) in liqui-
19 datione fructuum:& talis deſcriptio eſt permiſſa † in ſtatuto prædicto ut habetur in eo.in.§.ſed ſi contingat &c.fol.79. in primo latere:ſicut etiam permittitur de iure communi vt in locis ibi in appoſtillis ad dictum ſtatutum citatis. Quibus addo Bal. in l. fi.C. de edict.diui Adria. tollend. & Ang. in addit. ad Bar. in l. prima C.de apoch.publ.lib. 10. & Curt. ſen.in l. unica. C.de prohib.ſequeſtr. pecun.& in §.illud tamen ſecundum &c. ubi plures alios allegat.Non tamen debet ipſe iudex eſſe facilis, ad committendũ
20 † deſcriptionem ſiue inuentarium bonorum mobilium ſuppellectilium & librorum & inſtrumentorum alicuius in & pro cauſa ciuili:Nam in iſto caſu dici non poteſt non ſubeſſe aliquod intereſſe & præiuditium etiam honoris illius contra quem committere-
21 tur talis deſcriptio: vnde dici ſolet † intereſt noſtra ne patrimonium noſtrum pandatur l.ſecunda. C. quan. & quibus quar. pars deb. Videat igitur primo iudex de intereſſe id petentis, & qua ex cauſa moueatur,& diligenter omnia examinet antequam procedat ad dictam commiſsionem propter prædicta.quæ maxime locum habent in mercatoribus qui talem deſcriptionem mirum in modũ ab horrent , & pro maxima iniuria ad eorum animum Reuocant. quia propter deſcriptionem talium ſuorum Bonorum a pluribus

creditur illos eſſe decoctos;& ſic eorum exiſtimatio & fides diminuitur: nam omnibus non eſt nota cauſa talis deſcriptionis: quare
23 gulariter non fit niſi † de bonis decoctorum uel delinquentium, ergo in iſto caſu & ſimilibus in quibus agitur de periculo hono-
24 ris & famæ hominis † iudex debet uti maximo iuditio, & pedibus plumbeis (ut ita dixerim) incedere.

Et quando petitur ab eo aſſociatio ex reuocatione precarij, uel uigore pacti conſtituti forte appoſiti in inſtrumento uenditionis
25 uel alterius contractus apti ad translationem Dominij † ſiue uigore licentiæ uel pacti de ingrediendo bona obligata in caſu non ſolutionis ſeu ſatisfactionis promiſſorum per debitorem credito-
26 ri † non ita de facili talem aſſotiationem concedere debet ipſe iudex, ſed prius debet intelligere an bona ad quæ petitur aſſociatio ſint penes debitorem ſeu uenditorem, & ſimiles, uel hæredes illius, quia iſto caſu poteſt concedi ſine difficultate. Si uerò ſint pe-
27 nes tertium poſſeſſorem, tunc ueri practicantes obſeruant † quòd prius fiat citatio dicti tertij poſſeſſoris ad contradicendum ne detur tenuta, licet non ignorem D. Bartolum Socin. aliter conſuluiſſe in conſi. 82. in tertio uolum. incip. ſuper quæſtionibus &c. ubi multum late ſcripſit in hac materia, ad probandum iſta pacta executiua precarij ac cõſtituti, ac licentiæ de ingrediendo, poſſe exerceri contra quemcunque hominem de mundo liquidato uel non liqui-
28 dato negotio † cuius contrarium tenuit Barb. in conſi. 28. in primo uolum. Sed pro Socino conſuluit etiam D. Bero. eius diſcipulus in conſi. 42. uolum. 3. ubi ſub num. 23 allegauit dictum conſilium ipſius Soc. & de hac materia uideatur etiam Afflict. in deciſ. 326. fuit
29 notatum, &c. tamen ſtatutum noſtrum † ſub rubrica. de pęna officialiũ male iudicantium aliquando fuit allegatum incontrarium: & ad illud certo modo reſpondet Soc. in d. conſi. 82. in quinta colum. ſed uere dictum ſtatutum non loquitur in terminis noſtris, quia non loquimur, quando eſſet creditor, uel emptor, ſeu alius ad cuius fauorem fuiſſet factum pactum conſtituti uel precarij ſeu licentiæ prædictæ, qui peteret aſſociationem in bonis a tertio poſſeſſis,
30 & ſic in effectu cõcluditur quòd ad † euitandum opiniones tutior uia eſt eligenda uidelicet citandi tertium poſſeſſorem & contra illum agendi remedio. l. ſi. C. de acquirenda poſſeſſione, iuxta nota-
31 ta per Ang. & alios in eadem lege † ad cuius intellectum uideatur Barb. in d. conſi. 28. & Grat. in conſi. 75. in ſecundo uolum. ubi ſub-

tiliter pluribus modis limitat dictam l.fin.qui D. Gratus in conſi. 76.in eo.d.uolum.in principio adducit plura ad oſtendendum nul-
32 litatem tenutæ † conceſſæ & adeptæ reſpectiue parte non citata, licet non loquatur in caſu in quo ipſa tenuta fuerit conceſſa uigore pacti conſtituti uel precarij: ut in caſu prædicto, & tamen poſtea in eodem conſ.num.4.uſque ad finem adducit plures caſus in quibus tenuta concedi poteſt & apprehendi abſque partis citatione,quos non refero,quia ibi de facili uideri poſſunt.

Et quia a multis annis citra neſcio qua de cauſa, niſi forte hoc proceſſerit facto cauſidicorum laborem concipiendi petitiones & libellos euitare uolentium,inoleuit Practica (u tale nomen moretur habere) quòd in foro Reueren.Dom. pro tempore Vicelegati
33 ſeu gubernatoris † fere omnia iudicia inchoantur à preceptis penalibus cancellariæ eiuſdem Reuerendiſſimi Domini:cum illa clauſula (ſi quis ſenſerit ſe grauatum &c. & poſtea pars cui factum eſt præceptum citari facit illum qui dictum preceptum obtinuit ad contradicendum ne reuocetur:& de facili reuocantur uel reducuntur ad uiam iuris & ſimplicis citationis,ad quam cenſentur re-
34 ducta † per ſimplicem comparitionem,tam de iure communi iuxta theoricam Bartol.& aliorum ſcribentium. in l.de pupillo.§.meminiſſe.de no. oper. nuncia. quàm ex forma nouiſſimarum conſtitutionum ita dictantium ſine facto iudicis,& ſubintelligitur decre
35 tum eiuſdem ſub hac forma vc3. † qui Reuerendiſſimus D.dictũ præceptum reduxit ad terminos iuris,& mandauit nil nouari de facto ſub eadem pœna de qua in præcepto: Dummodo ſit in caſu in quo dicta uerba congrue poni poſſint in decreto reductionis hu
36 iuſmodi,& hoc dico, † quia aliquando non ſubeſt periculum alicuius innouationis:puta quando præceptum contineret aliquid dari uel fieri ei qui illud obtinuit per eum cui factum eſſet. Et eſt animaduertendum, quoniam aliquando talia præcepta habẽt uim
37 † nunciationis noui operis:quia præcipitur alicui ędificanti uel aliquid facienti in aliquo ſolo uel pariete ſiue edificio ne procedat in opere,ad inſtantiam poſſeſſoris uel habentis intereſſe, ſub certa
38 pęna,& † tunc in decreto reductionis conſueuerunt apponi iniuncta uerba. vc3,ſaluo iure nunciationis, & de tali præcepto de non procedendo in opere Bar.in conſi.80.& Bal.in conſi.463. in quarto uolum.ubi pulchre.Et pro eo quòd quotidie dicunt procuratores in Palatijs uidelicet,dum negant poſſe reuocari uel reduci hu

 iuſmod

39 iuſmodi præcepta ueluti facta † in executionem iuris uide Abb. in c,nouit.de his quæ fiunt à Prel.&c. ubi allegat Oldr. in conſilio 230,de quo etiam uide Parid.à Puteo.in tract.ſyndicatus in uerſ. Iudex ne arguatur de negligentia. &c. fol.73. in impreſſione ma-
40 gna.& Neuiz.in conſi.81.num.3.& 4. & de iſtis præceptis † factis ita ſine cauſæ cognitione, quòd non valeant vide Rimin. in conſil. 90.colum.3.in primo uolum. & de illorum tenui ualore, ac quòd poſt decem dies ab eis poſſit appellari uide Emilian. in conſi.110.
41 ubi tractat † de excuſan. quem à pęna ſiue mulcta:& de materia uide eundem in conſi.108.& Bertran.in conſi.247.in ſecunda par te,& Bald.in rubrica.C.cōminationes,uel epiſt.Imol.Alexand.& moderniores.l.filiusfamil.§.diui.delega.primo. Et uide Ioannem de amicis conſil.153.ubi bene loquitur,& dicit quòd talis modus
42 incipiendi † ab huiuſmodi præceptis inuentus fuit a Curi. Romana ad breuiandum lites & iurgia.allegat Ioan.Monach.&Oldrad.
43 ſubdens quòd ſecundum eos † poteſt iuditium inchoari a præcepto citationē &ab articulis:& quòd a dicta curia originē traxerint, colligitur ex ſcriptis per Veſtrium in ſua praxi. lib. ſeptimo, fol. 138. uerſiculo,& ita receptum eſt videlicet. Adde videndum D. Petrum Andream Gambarum in tracta.de off. legati de latere.in lib.8.ſub rubrica de poteſtate legati in iudicialibus pag.248.num. 40. cum plur. ſeq. per totum numerum 48. ubi bene examinat de ualiditate, & inualiditate ac effectu talis præcepti clauſulati de quo agitur. Sed eſt aduertendum in ciuitate iſta ad ſtatuta noſtra
44 quę † videtur obſtare huic practicæ. & in primus ſtatutum ſub rubrica de modo citationum facien.&c.parum ante finem.in uerſi. præterea decernentes clare,diſponit, quòd ſi quod præceptum uel actus aliquis fieret parte abſente, ad quod uel quam neceſſaria citatio uidetur,non ualeat,ſi citatio non præcedat etiam ſi in præcepto,uel commiſſione ſeu licentia actus faciendi diceretur (ſi pars ſenſerit ſe grauatum infra certum tempus debeat comparere.) Et quia aliquando, & ferè ſemper hodiernis temporibus, talia præce pta ſic,ut ſupra,reducta per illos qui ea obtinuerunt, producuntu. in uim petitionis cum clauſulis ſalutaribus quæ ſint iſtæ,uidelicetr
45 Super quibus &c.oī mel.modo &c.intentans &c. ſaluis alijs &c. ſed multi in hoc decipiuntur,quia illæ clauſulæ non ſupplent nara tionem facti,Immo ſuper non narratis nullum operātur effectum ſed tantum ſuper narratis. Ita Tob.Nonius modernus Peruſinus

doctiſſimus in Flore iuuentutis deceſſit in conſi.67.num.15.& ſic patet quòd melius eſſet, ꝙ fierent petitiones & libelli iuxta conſuetudinem antiquorum. Iccirco tunc decernitur copia parti illā petenti cum termino tridui ad reſpondendum & opponendum tali aſſertæ petitioni ſic, ut ſupra, per quandam metamorphoſim (ut ita dicam) factæ, tranforman. præceptum in petitionem: niſi forte pars rea opponeret de mandato uel comparentes ſibi ad inuicem opponerent exceptionem mandati: quia tunc datur dilatio ad legitimandum perſonas hincinde iuxta formam ſtatuti, & ut ſupra dictū eſt: quę practica confundit per aliud ſtatutū ſub rub. de uoc. in ius & uenientibus. in principio. in uerſic. in quibus cauſis, & lib. &c. diſponēs ꝙ qualis qualis petitio in ſcriptis offerri dēt, & in
46 telligitur iſtud † ſtatutum de petitione formali & uera qualis nō eſt illa, quæ reſultat ex tali præcepto producto in uim petitionis, quia aliud de actus proprie & ſtricte intellectus, ut in caſu iſto (petitio) aliud uerò eſt alius actus ad aliud principaliter factus: & poſtea in uim actus proprij transformatus; ut in iſto caſu maxime cū
47 cum ſimus in ſtatutis † in quibus nō admittitur ꝙ pro quo. l. 3. §. hæc uerba. de neg. geſt. cum ſimil. & quia ut alias ſupra dixi: ſtatuta noſtra ſtāte confirmatione apoſtolica ſuper ius inducta dicunt. de forma, & habent decretum irritans: itaque huiuſmodi formę renunciari non poteſt etiam de conſenſu partium: ut ibi dixi. in cap. decimo, num. 20. & 21. Ideo bene conſiderandum eſſet: quia boni
48 ciues † ſemper deberent inniti obſeruantiæ & conſeruationi ſtatutorum, & ordinum ſuæ ciuitatis à ſuis maioribus iuris uere ſapientibus, multis uigilijs, & laboribus editorum, & certe prætermittere non poſſum unū qđ à multis annis citra ualde mihi diſpli
49 cuit: quia dicta practica incipiendi † ab huiuſmodi pręceptis eſt in cauſa, quód procuratores Bonon. redduntur inexpertes & deſides: quia non curant indagere ante omnia (prout facere deberent) quænam actiones ſuis principalibus competāt pro cauſis per eas mouendis, & uidere, & cognoſcere, quæ nam ſibi incumbant ad obtinendum uictoriam in cauſis, quod nihil aliud eſt niſi per tenebras ambulare, & memini me uidiſſe aliquando, poſtquam fuerat, concluſum in cauſa in calculo ferendæ ſententiæ, quendam cauſidicum fuiſſe interrogatum: ut exprimeret actionem per illum intentatam in illa cauſa, neſciuiſſe reſpondere: ſed erubuiſſe. quod ei non accidiſſet, ſi obſeruaſſet Doctrinam traditam per Roffred. Beuenent.

neuent.in ſuo ſolemni & utili in practica tractatu libellorum, habita tamen prius per ipſum indagatione, & cognitione de actione per ipſum attentata.

Addo quòd ego cuperem: ut ad tollendum dictos abuſus & inconuenientia prædicta, vt iudex cogeret actorẽ ad declarandum talem ſuum prætenſum libellum ita generalem, quod facere poteſt:ut per Bal.& Alexan.in l.age. C. de tranſactionibus.in princ. & per Abb.& alios.in c.paſtoralis.de cauſa poſſeſſionis,& proprietatis.& ꝙ induceretẽ iſta Practica, quòd reus adhoc inſtaret penes Iudicem, qui non poſſet denegare, quin cogeret actorem ad ita declarandum, ne ipſe iudex, & pars aliàs cogerentur uagari in incerto, & quia intereſt ipſius iudicis hoc fieri ut certã poſſit ferre ſententiam,iuxta text.cum ibi notatis. in §.curare,inſtitutionibus de actionibus. Nec in caſu iſto poſſum arguere de Practica curiæ
50 Rom. † in qua iudicium inchoat. a reſcripto amonitorio ab articulis:ut dicit Ioan.de amicis in conſ.ſupra citato poſt alios,quos allegat.quia illud eſt Tribunal Principis ſupremi, Sanctiſſimi Domini noſtri Papæ, ubi quis non adſtringitur ſtatutis,quibus aſtringuntur litigantes in hac ciuitate:tamen hæc omnia ſubijcio cenſuræ Dominorum & maiorum meorum.

SVMMARIVM.

1 *Practica inolita introducendi iudicia poſſeſſorij ſummariſſimi qualis ſit & ubi tractetur.*

2 *Iudex uidens uel intelligens aliquid propter quod dubitat ne partes deueniant ad arma,qualiter officium ſuum debeat impartiri.*

3 *Lites quæ ſuper poſſeſſione uertuntur aliquando cædes pariunt.*

4 *Iudex ſemper in decretis factis ſuper aduocatione poſſeſſionis,ac præceptis & inhibitionibus,de non accedendo ad rem debet apponere clauſulam citra præiuditium iurium partium.*

5 *Iudex debet aſsignare tempus breue partibus,ad dandum ſibi ſummarias informationes ſuper poſſeſsione facti.*

6 *Iudex in receptione huiuſmodi informationum debet partem citare, niſi periculum eſſet in mora.*

7 *Riminald. Senior in l.ſuper poſſeſſione.C.de tranſact. reprobatur.*

8 *Iudici aſſerenti ſe eſſe informatum,non præmiſſa partium citatione, non eſſe credendum.*

9 *Iudex*

9 *Iudex ita demum poteſt procedere ad poſseſsionis aduocationem & in bibere partibus ne accedant ad rem, ſi prius conſtiterit ſibi quòd immi neat timor armorum.*

10 *Iudici aſſerenti adeſse periculum armorum ad effectum prædictum, non creditur.*

11 *Aduocatio poſseſsionis per Iudicem cauſæ, fit tribus concurrentibus ſecundum Guid. Papæ.*

12 *Poſitiones non admittuntur in iſto iudicio ſummarijsſimi poſseſsorij, & cauſa allegatur.*

13 *Doctores tractantes materiam ſummarijsſimi poſseſsorij, quamplures citantur.*

14 *Sententia quomodo formetur in poſſeſsorij ſummarijſsimi iudicio remiſſiue.*

15 *Appellatio non admittitur in ſummariiſſimi poſseſsorij iudicio, nedum quaod effectum ſuſpenſiuum, uerum etiam quoad deuolutiuum.*

Limita tamen hoc dictum ut hic.

17 *A ſententia lata in ſummariiſſimo poſseſsorio an de nullitate dici poſsit, uel ſupplicari, reſtitutio in integrum peti, & alia remedia intentari.*

18 *Inquilinis & conductoribus ad breue tempus conceditur imploratio officij iudicis, pro manutentione illorum in ſua detentione.*

19 *Iudicis officium imploratur ſuper manutentione in quaſi poſseſsione iuris exigen. annuas penſiones ſoliti exigas.*

20 *Iudicis officij imploratio conceditur, probata conſuetudine percipiendi, ſaltem bis præſtationes annuas.*

21 *Iudicis ſiue prætoris æquitate, fundatæ ſunt manutentiones cuiuslibet, in ſtatu ſolito & prouiſiones faciendæ uiolentijs & nouitatibus.*

22 *Poſsidere aliud eſt, & aliud in poſseſsione eſse.*

23 *Iudices debent eſse prompti, ad prohibendum nouitates & attentationes antequam fiant, & poſtquam ſunt factæ, ad illas in priſtinum reponendum.*

24 *Inbibitionum & præceptorum de nihil innouando Practica unde orta fuerit.*

25 *Attentatorum reuocandorum practica, onde originem traxerit.*

26 *Iudicis officium eſt latiſsimum, adeoque ubi deficit lex & contractus, iudex facit quod ſibi de bono & equo uidetur.*

27 *Iudicis arbitrio, infinita committuntur.*

28 *Iudices inſtruuntur de obſeruatione terminorum, in quampluribus caſibus*

bus, de multis alijs ad officium iudicandi neceſsarijs, per ſpeculat. in loco hic citato.

DVODECIMVM CAPVT.

1 DEINDE occurrit dicere, quòd etiam inoleuit practica, quòd ſepæ introducuntur † iudicia poſſeſſoria ſummariſſima (ut uocant) quia utraque pars contendit ſe poſſidere aliquam rem, & ipſę partes petunt per iudicem capi ſummarias informationes ſuper poſſeſsione reali & actuali: ut ſic iudex ſummarie cognoſcat quænam partium de facto & ui ipſa poſſideat ipſam rem, ad effectum conſeruandi illũ quem inuenerit ſic poſſidere in ipſa tali poſſeſſione, & præcipiat alteri parti ne ad dictam poſſeſſionem accedat ſub certa pœna donec fuerit cognitum & terminatum poſſeſſorium ordinarium iuxta theoricam Bal. poſt alios quos allegat in l. ordinarij. C. de rei uendic. & ipſius ac aliorum in cap. licet cauſam. de probat. & hoc poteſt procedere ubi lis eſt cœpta, ſed quando adhuc non eſt cępta & iudex uidet ſeu quoquomodo uériſimiliter intelligit aliquid
2 propter quod dubitat ne partes † deueniant ad arma, tunc ex quo illius officium eſt occurrere ne rixę oriantur: ex quibus aliquando cędes oriri conſueuerunt. l. æquiſſimum. ff. de uſufructu. l. congruit.
3 ff. de officio præſid. & maxime in iſtis quæſtionibus † quæ ſuper poſſeſſione uertuntur ut per Bald. in l. unica. C. ſi de moment. poſſeſ. in una ratione ibi reddita per eum, quare a ſententia ſuper mero poſſeſſorio lata non detur appellatio per dictam l. unicam, poteſt & debet tali caſu ipſe iudex aduocare ad ſe rei poſſeſſionem de qua agitur, & partibus inhibere, ne ad illam accedant, donec a-
4 liud per ipſum fuerit ordinatum, & ſemper in iſtis decretis † præceptis & inhibitionibus, debet adijcere, & per Notarium ſcribi facere in actis ſe talia facere (citra præiuditium iurium partium) quia animus ipſius iudicis declaratur, quòd non uult priuare aliquem ſua poſſeſſione nec alicui præiudicare, & ſemper debet man-
5 dare † ut infra certum breue tempus ſibi aſſignan. partes hincinde dare debeant ipſi iudici ſummarias informationes ſuper poſſeſſione facti. & in hac receptione informationum debet pars citari, niſi tamen periculum eſſet in mora ut per Menoch. in tractatu de retinen. poſſeſſ. remedio ultimo, quæſt. 5. num. 31. ubi inquit Riminal.

7 † Seniorem qui in l.ſi ſuper poſſeſſione.C.de tranſact. ſcriptum re liquit,citationem nō fore neceſſariam ... fuiſſe lapſum ſubdens ex dictis Cur.Sen.Gramat.& Aret.ac aliorum , non credi iudici aſſe-
8 renti † ſe eſſe informatum non præmiſſa partium citatione. Quod eſt notandum,contra quoſdam ex noſtris qui in ſimili remedio exa minari fecerunt teſtes , quos induxerunt pro informatione iudicis in hoc remedio,ſine partis citatione,maxime cum non conſtaret pe riculum eſſe in mora. Videas Ioſeph.Ludouicum in deci.20.Vm briæ.num.2.Et ad propoſitum, animaduertere debet iudex uolens
9 procedere in iſto caſu ad poſſeſsionis aduocationem † & inhibere partibus ne accedant ad rem iuxta prædicta , quia non ita paſsim hoc facere debet,ſed ita demum ubi ſibi prius conſtiterit ſuſpican dum eſſe,ne partes deueniant ad arma,& ſic ubi adeſt timor armo rum,& quòd iſtud uerum ſit, & de hoc ante omnia ipſi iudici cōn ſtare debeat,tenent Doct.noſtri in terminis ut per Ange. in conſil. 107.dicta conſtitutio &c.per Dec.in l.fin.col.3.uerſic. & ꝙ ſit &c. C.de edic.Di.Adri.tollen.& in conſilio 346.& per Pariſ.conſi. 41. nu.31.uolum. 1.per Neuiz.conſil.81.in principio,in tantum ꝙ non
10 creditur iudici † aſſerenti adeſſe periculum armorum ut uoluit Cur.Sen.in tractatu de ſequeſt.in 3.colum.uerſ.4.fallit &c.Quod tenuitMenoch.poſt alios loco ſupra citato,ubi uideatur , & dice-
11 bat Guid. Papæ quæſt. 148. quòd aduocatio fit † tribus concurrentibus,vȝ3, quòd non conſtet iudici quis litigantium poſsideat: ꝙ contentio ſit inter ipſos de poſſeſsione , & ꝙ timeat ueriſimiliter quòd partes deueniāt ad arma,& rixas: Et in hac materia uideatur Natta conſi.121.in primo vol.per totum ubi inter alia di-
12 cit unum quod eſt notandum in Practica & a paucis obſeruatum uidelicet ꝙ in tali iudicio non admittuntur poſitiones:quia non po teſt dici quòd ſummarie procedatur ſi pars poſitiones facit per quas quæritur confeſsio Aduerſarij , hoc enim modo eſt ingredi uiam plēnæ probationis, & plures alias rationes allegat in dicto conſ.maxime ſub num.9.ad docendum ꝙ poſitiones in hoc reme-
13 dio admitti non debent.Et de hac eadem materia † pulchre tractant Cur.Sen.in conſil.60. Siluan.conſi.27. Diligenter & mature &c.Ceph.conſi.19.Plot.in rep.l.ſi quando.C.unde ui num.112. cum ſeq.Capit.deciſ.55.ubi circa finem habetur modus formandi
14 di ſententiam † in huiuſmodi iuditio in quo etiam non † admitti-
15 tur appellatio ſecūdum Menoch.in dicto ultimo remedio nu.48.

quæſt.

quæſt.17.poſt multos quos allegat. Et hoc procedit non ſolum quo ad effectum ſuſpenſiuum: uerum etiam quoad deuolutiuum. ſecundum eundem ibi ſub.nu. 50.ubi in fin.dicti numeri reſtringit hoc dictum ut non procedat cũ iudex ſequeſtrum commiſit cõtra
17 poſſeſſorem. Et an poſſit dici de nullitate † uel ſupplicari aduerſus ſententiam latam ſeu reſtitutio in integrum peti & alia remedia intentari: uide eundem in dicto remedio a nume.52.uſque ad finem.

Et quia petitur aliquando manutentio in detentione per inqui-
18 linos,& conductores bonorum † ad breue tempus. Videlicet nouem annorum ſecundum gloſ. in l.fi. ff.ſi ager uectig. uel Emph. petatur.quam communiter approbat̃ ut ait Bart.in l.prima.§.quod autem. de ſuperficiebus,& per canoniſtas in Clemen.prima de rebus eccleſiæ non alienandis.& in effectu citra decem annos qui nullam habent poſſeſsionem ſed tantum nudam detentionem,ſciendũ eſt quòd etiam iſtis conceditur imploratio officij iudicis pro tali manutentione obtinenda.ad inſtar dicti iuditij ſummarijſsimi Poſſeſſorij ut not.per aliquos Doc.maxime Cur. Sen. Riminal. & Altiat.in l.ſuper poſſeſsione.C.de tranſact. & habetur in l. Aquilius Regul.ff.de donat.quia eadem æquitas debet mouere iudicem ad conſeruandum iſtas in ſua detentione. & prouidendo ne uis fiat eis in eorum detentatione,quæ illum mouet ad manutenendum poſſeſſorem in ſua poſſeſsione: Aliquando etiam introducitur ſi-
19 mile iuditium ferè ſuper † manutentione conſuetis exigere, ſeu præcipere aliquas annuas penſiones,ſeu præſtationes quàm per conſuetum illas ſoluere: illi denegan. & tunc probata conſue-
20 tudine † percipiendi ſaltem bis, & ſic quòd ille ſit ſolitus percipere,ei quoque competit iſtud iudicis officium ſaltem de æquita Canonica:ut habetur per canoniſtas. in ca.quærelam, de elect.& per Afflict.deciſ.395.per Dec.in conſi.136.& late per D.Iacobũ Venentum iuriſconſultum Bonon. Doctiſsimum in ſuo ſolemni tractatu.de annua præſtatione, omiſsis pluribus alijs,quæ addu-
21 cere potuiſſem breuitatis cã. †Quæ omnes manutentiones ſunt fundatę in ęquitate prætoris qui libenter prouidet uiolentijs & nouitatibns argu.tex.in l.prima ff.ne uis fiat ei, ubi etiam habetur ꝙ prætor prohibet uim fieri etiam ei qui poſſeſsionem non ha
22 bet,ſed ſimpliciter in poſſeſsione eſt. Nam † aliud eſt poſsidere aliud in poſſeſsione eſſe l.officium ff.de rei uend. & probatur in d.

l.prima

l.prima ubi glo.in §.hæc actio.ſuper uerbo (vtrum) quæ dicit,cum enim non poſsidet miſſus uel mitti iuſſus: omnes enim nouitates & attentationes quæ fiunt propria auctoritate & ſine cauſæ co-
23 gnitione reputantur malę,& ſunt legibus exoſę † & ideo iudices debent eſſe proni ad illas prohibendas antequam fiant;& poſtquã factæ fuerint, eas in priſtinum ſtatum reponere, & reſtituere
24 ex offic. ipſorum iudicum, & per ipſius officij æquitatem † hinc inuenta fuit practica inhibitionum & præceptorum ꝑ alium de nihil innouando:de qua materia inhibitionum habemus hodie tractatum eximij Doct. D.Franc.Hercul.impreſſum poſt illius trac. de Attent.appellat.penden.fol. 90.capit. 18.ſub Rubr. de inhibi-
25 tione & eius materia.prout etiam hinc fuit inuenta Practica † reuocationis attentatorũ de qua habemus dictum tract. præfati Doct.diſtinctum pro 31.capita inſcriptum de attentatis appel.pẽden.& alios duos tractatus compillauit.D.Hyer.Manfr.doct.Bonon.qui habentur impreſsi.& Mandoſi.aliqua poſuit in praxi commiſſ. commiſ. 14.folio 74. nonnulla ſcripſit in hac materia uſque ad fol.85.incluſiue:Sed pulcherimum tract.de attẽtatis in ſcriptis compilauit nuperime D.Robertus Lancelotus: in quo latius quocunque allocatus fuit.

26 Et ad propoſitum officij iudicis:ſcire debent iudices † quòd illorum offitium eſt latiſsimum:adeoque ubi deficit lex, & contractus,iudex facit quòd ſibi de Bono & ęquo uidetur. hinc inſurgit
27 arbitrium ipſius iudicis cuius arbitrio † infinita committuntur de quibus hodie habemus latiſsimum tract.editum per exi. iur.conſi.D.Iac.Menoch.inſcriptum de Arbitrarijs iudicibus: Et de materia recurrendum eſt etiam,ad Specu.ſub rubrica de off.omn.iud.in §.primo.& in alijs quamplurib. §.ſequenti.uſque ad tit. ſine Rub. de Recuſat. ad quam certe iudices ſæpæ recurrere deberent: & ſimiliter ad ea quæ ſcribit idem Specul.poſt mat. offitij iudicis,immediate ſub Rub.de ſummaria cognitione in cap. incipiente, poſtremo loco uidendum eſt &c. Quia in dictis tractat. & locis inſtruunt ipſi iudices de obſeruatione terminorũ in quampluribus caſibus & de multis alijs materijs ad exercitium & officium iudicandi.

SVMMARIVM.

1 *Iudicis officium imploratur ſupra acceſſu ipſius iudicis ad ſubijciendum rem oculis.*

2 *Iudicis*

2 *Iudicis aſpectus in re præſenti præfertur cuicunque aliĵ probationi.*
3 *Probatio quæ fit per rei euidentiam eſt multum priuilegiata: & admittitur ubi alia non admitterentur.*
4 *Probatio per rei euidentiam: admittitur per ſtatutum Bonon. hic allegatum.*
5 *Probatio per euidentiam rei reſoluit rem iudicatam.*
6 *Iudex a quo petitur acceſſus in factum: conſiderare debet an caſus de neceſſitate id requirat.*
7 *Iudex non debet accedere in factum: ad ſubijciendum rem oculis, niſi res ita exigat.*
8 *Iudex bonus non grauat fruſtra litigantes laboribus & expenſis.*
9 *Iudicis acceſſus, facit quòd partes patiuntur magnas impenſas ac magnos labores ſubeunt.*

XIII. CAPVT.

ALIQVANDO etiam imploratur per alterum ex litigatoribus officium Iudicis, ſuper acceſſu ipſius iudicis in rem præſentem & ut vulgo dicitur, in factum
1 † ad ſubijciendum rem ſeu factum de quo agitur oculis ipſius iudicis: Quæ petitio uidetur prima facie iuſta & pro conſequens concedenda, & ad hoc allegatur text. in l. ſi irruptione. ff. fini. regundorum. qui licet loquatur in illa mat. particulari finium: tamen allegatur (ut uidi) etiam in dictis cauſis; in quibus ad maiorem declarationem facti res exigitur, quòd fiat uiſitatio loci, propter illa uerba expreſſa in eo tex. ibi (ſi ita res exigit) nam ubi militat eadem ratio idem ius eſt ſtatuendum: vulg. l. illud. ff. ad l. Aquil. & facit Doctri. Bal. in l. còn. negantem. C. ad l. Aqui. ubi tenet quòd quamuis ſtatutum fit in ciuitate quòd de danno dato ſtetur iuramento accuſatoris ſi accuſatus dicat, domine iudex eatis ad uidendum, quia ex aſpectu apparet quòd nullum damnum eſt datum: & iudex diceret ego non poſſum recedere a ſtatuto, tamen iudex ipſe debet accedere & inſpicere, & illud quod apparet ex aſpectu pronuntiare. Et allegat Azo. in ſumma. C. in
2 illo tit. ad l. Aquil. ſubdens: ergo † aſpectus præfertur cuicunque generi probationis & ibi apoſtilla vltima ad ipſum allegat authorem glo. & ipſum Bal. in alijs locis. Et quamuis in dicta appoſtilla in fine allegetur Bal. in contrarium in l. ait prætor, in princ. ff.

de

de iur.iur.ubi allegando Iacob. de Are.in l. prima C. ſi aduer.libert.videtur tenere contrarium,tamen non eſt curandum de tali doctrina quia illa eſt erronea, tamquam fundata ſuper dicto Iacobi de Are.in d.l.prima. qui hoc non dicit, immo ipſemet Bal.ibi uidetur tenere illammet opinionem:quam tenuit in d. l.contra negantem.Et vlt. loco pro hac opinione allegat Azo.in ſumma Cod. in loco de quo ſupra , ſed pro illo dicto uideatur Marſ. in repet. rub.C.de probat col.33.uſque ad 36. incluſiue, ubi pro iſto addu-
3 cit infinitas deciſiones & caſus ſimiles, ex quibus probatur † ꝙ iſta probatio: quæ fit per rei euidentiam & oculorum inſpectionẽ eſt multum priuilegiata a Iure & præfertur omnibus alijs probationibus,& admittitur etiam ubi aliæ probationes non admittuntur de iure: ut quando eſſent publicati teſtes,& poſt dicta teſtificata & poſt lapſum temporis dati ad probandum, & propterea ad ipſum Marſ.in eo loco ſemper eſt recurrendum , & de iſta pro-
4 batione † aliquid habetur in ſtatuto noſtro poſito ſub Rubrica de uocat.in iure & uenient.in § ſi quidem agatur reali &c.ubi.d.Montar. in gl.ſua in uerbo (ad oculum) dixit quòd inſpectio ocularis magis eſt certa,quàm quilbet alius ſenſus, adducens illud Horatij: videlicet ſerius irritant animos: emiſſa per aures , quàm quæ ſunt oculis ſubiecta fidelibus.& plures alios ibidem allegat & in ſpecie Iaſ.dicentem vnum notabile Verbum in l.admonendi. nu. 36.ff.de iureiuran.vers, ꝙ euidentia rei reſoluit rem † iudicatam: ex quibus omnibus conſtat iudicem(ſi petatur) ad ſubijciendum rem oculis, accedere debere; Et ſupra hoc officium ipſius iudicis implorantem audiendum eſſe. Quia iuſta petentibus non eſt denegandus aſſenſus l.2.ff.de his qui ſunt ſui uel alien.iuriſ.Attamen
6 licet hoc uerum ſit † iudex coram quo facta fuerit huiuſmodi petitio debet eſſe circunſpectus & conſiderare an caſus de quo agitur ſit talis,qui de neceſsitate requirat eius acceſſum ad factum ; & rei inſpectionem,quia hoc denotat tex.in d.l.ſi irruptione.§.primo in illis uerbis(ſi ita res exigit) quaſi dicat iuriſconſult. ibi quòd ſi
7 res ita non exigerit non debeat iudex accedere † & ut ita dicam ab re offitium ſuum de relinquere & eius religionem paruifacere contra conſilium iuris conſulti in.l.obſeruandum ff.de offi. præſid. Et etiam ne fruſtra grauet litigantes laboribus & expenſis , prout
8 † bonus iudex facere debet,ut.per glo. in ca.ſi.duo.de procurat. in 6.in uerbo(intricari) ſequitur Card.Alex.in c.ut debitus.de appel.

in

9 in 3.notab.nam ratione dicti acceſſus, partes † conſueuerunt magnas expenſas magnosq; labores, & magna faſtidia pati; tum propter lauta conuiuia quæ fiunt ipſis Dominis iudicibus & eorum ſeruis, & cauſidicis, notarijs, & alijs interuenientibus: tum etiam propter ſtipendia ipſorum dominorum iudicum & Notariorum, quarum rerum gratia aliqui aliquando abſque neceſsitate affectarunt tales acceſſus (ſaluo honore bonorum dictum ſit) & ideo forte ſtatuentes noſtri, ad euitandum huiuſmodi inconuenientia in ſtatuto ſuprà proxime allegato in §. Et nihilominus diſpoſuerunt in caſu de quo ibi, per iudicem, altera partium inſtante decerni debere eſſe deueniendum ad electionem trium bonorum uirorum, qui accedant ad locum unde ſe informent, & referant ipſi iudici, & ꝙ ſtetur relationi ipſorum ſeu maioris partis eorum, & ut latis in ipſo ſtatuto, quod per iudices in ſimilibus caſibus obſeruandum eſſet ad euitandum labores & diſpendia, de quibus ſupra.

SVMMARIVM.

1 *Iudicis acceſſus in factum, ad ſubijciendum rem oculis, cuius expenſis fieri debeat.*

2 *Iudex ex officio ſuo accedens in factum, id facere debet ſumptibus utriuſque partis.*

3 *Expenſæ tranſmiſſionis poſitionum ad domum nobilis abſentis; an & quando ſint faciendæ per illum uel p utranque partem.*

4 *Iudex principaliter proficiſcens in factum pro communi utilitate partium, communiter habent expenſas: & ſi ab una parte tantum fuerit petitus acceſſus.*

5 *Expenſæ quæ fiunt contemplatione unius partis tantum ab illa ſola parte ſuſtineri debent.*

6 *Expenſis non ſolutis per pauperem pro eius parte propter priuilegium paupertatis, quid dicendum.*

7 *Expenſæ occurentes pro examine Nobilis lite pendente ſe abſentantis, per eum fieri debent.*

8 *Expenſis in notulam redactis iudici traditam ut illam taxet, ad quæ iudex animaduertere debet.*

9 *Poſitionibus productis contra litigatorem abſentem cuius procurator offert ſe reſponſurum allegando abſentiam; & iurando de calumnia, ſi*

producens recuſat acceptare reſponſiones procuratoris & uult reſpon deri per principalem uti legalionem & magis inſtructum quid agendum.

10 *Expenſis cuius ſint tanſmittendæ poſitiones ad principalem abſentem: tamquam aſſertum legaliorem & magis inſtructum.*

11 *Iudicis arbitrio ius remittit ut declaret ex circunſtantijs cuius æxpenſis ſint tranſmittendę poſitiones ad abſentem; ut illis reſpondeat uti legaliorem.*

12 *Iudex quam practicam ſeruare debeat contra illum qui tenetur ſoluere expenſas acceſſus in factum uel tranſmiſſionis poſitionum ad abſentem, pro habendis responſionibus.*

13 *Iudex qualiter facere debeat ſuum decretum tempore quo inſtatur per aliquam partium accedi in factum, uel tranſmitti peritos ſeu poſitiones ad abſentem, & ſic de ſingulis.*

14 *Iudex quid facere & obſeruare debeat poſtquam peruenit ad locum differentiæ, quando acceſſit in factum.*

15 *Iudex qui acceſſit in factum, facit experimenta & ſummarie teſtes ſuper ipſo facto examinat & audit, præſertim ſuper finibus & terminis: & alia facit de quibus hic, & omnia deſcribi facit per Notarium ad perpetuam rei memoriam.*

DECIMVM QVARTVM CAPVT.

SED vbi iudici (habita debita conſideratione & circunſpectione pdicta, uidetur omnino eſſe neceſſariũ accedere ad ſubijciendũ ſibi rem oculis, & ad uiſitandum locum differentiæ, uel peritos tranſmittere iuxta prædicta, ad petitionem alterius ex liti-
1 gantibus, uidendum eſt † cuius expenſis id fieri debeat.

Et videtur, quòd ſumptibus petentis, pro qua opin. habentur plures deciſ. ex quibus illa probari uidetur, & in primis deciſ. Dec. in l. in conſilium. ff. de off. aſſeſſ. colum. fina. nume. 6 tenentis, quòd generaliter quando quis petijt a iudice aliquid fieri, debet ipſe petens facere expenſas, unde (ſecundum eum) ſi iudex mittit Notarium ad aliquid faciendum, debet mittere expenſis petentis, ſi uero ex officio ſuo † debet hoc facere expenſis utriuſque partis, alle-
2 gat Bald. & Bart. in locis de quibus ibi per eum, eandem opinionẽ retulit in iſtis duobus capitibus Dom. Iaſ. in l. prætor ait. §. etiam ff. de eden. num. 9. & 10. quamuis ſub hoc num. vltimo aſſerat melius

lius eſſe dicendum ſecundum Bart.& Bal.quos al legat,ſcilicet, ꝙ regulariter debet mitti expenſis utriuſque partis, prout in practica obſeruatur(ſecundum ipſum)& deinde ſub num. 12. addit,ꝙ ſi debet mitti nuntius abſentis ad iurandum de calumnia,debet mitti ſumptibus ipſius abſentis,ſubdens tamen videndum eſſe text.in l.generaliter.§. his de præſentibus. C.de reb.credit.ubi probatur, ꝙ eſt arbitrium iudicis,quis tales expēſas ſoluere debeat:de quo etiam per Imol.in l.recuſare.§.fina. ff.ad Trebell. & Bald.in l.eos §.Apoſtolos.C.de appel.per illum tex.dicit,quod apoſtoli ſeu literæ dimiſſoriæ debent dari expenſis petentis tantum,de hoc articulo fuit habita ratio in Capella Tholoſana,& quæſitum fuit nun-
3 quid expenſis petentis deberent tranſmitti † poſitiones ad domū nobilis abſentis:& fuit concluſum quòd ſic: ut habetur in q. 180. rurſuſq; in eadem Capella ventilata fuit eadem quæſtio, & tunc fuit facta diſtinctio videlicet, quòd aut abſens eſt de perſonis priuilegiatis quæ excuſantur ut non teneantur uenire ad iudicium ratione dignitatis uel ſexus uel infirmitatis, & tunc tranſmiſſio fit communibus expenſis, aut abſens uoluntariè litigat per procuratorem, & tunc mittetur ad ipſum illius expenſis: ut habetur in q. 273.incip.item fuit petitum, & ibi in additione Stephanus Aufre. miratur quòd Domini,de dicta Capella non allegauerint Specu. in tit.de iuramento calumniæ.§.reſtat, uerſic.penul.ita formaliter decidentem,& Ioan.Andr.& Bal.in additionibus ad illum ,qui nō nulla alia adducit in hoc articulo pro & contra : Sed Francus in c. ſtatutum.de reſcriptis.in 6.in §.in ſuper col.ſecunda,ſuper gloſſ.in uerbo(quoniam ab alia)concludit quòd regulariter ad expenſas occurrentes in iudicio pro communi utilitate partium, debent partes communiter contribuere, & inferens ad caſum noſtrum ſub-
4 dit,quòd ſi † iudex principaliter proficiſcitur pro communi utilitate partium, tunc communiter habet expenſas, etiam ſi ab una parte tantum fuerit impetratus acceſſus, & pro hoc dicto vide Aſinium in praxi iudiciorum. §. 32. in ampliatione. 32. pag.423.ubi alia videbis in materia,& demum limitando iſtud dictum, inquit Francus ubi ſupra,quòd quando iudex impetratus diſtaret unam dietā,& uenit infra dietam,tunc ſolus impetrans procurabit,ideſt miniſtrabit expēſas iudici,de quo per eundē.c.ſtatutū in §.in nul
5 lo col.tertia, in princ. poſt Dominic.ibi . In expenſis † uerò quæ fiunt contemplatione unius partis tantum,illa ſola pars contribuit

& ideo ſi deberet mitti nuntius abſenti ad iurandum, tunc debet mitti expenſis ipſius abſentis, ponit etiam idem Franc. in eadem
6 glo. quod ſi pauper † propter priuilegium paupertatis nihil ſolueret pro eius parte, & dicit quòd non propterea altera pars ſoluet totum, ſed ſupplebit ipſe iudex (ſecundum eum) quod tamen nunquam ſeruari uidi: & credo quòd non ſeruaretur in practica, bene poſſet eſſe, ꝙ iudex & Notarius pietate, & charitate moti erga aliquem bonum uirum pauperem primo aſpectu fouentem iuſtā cauſam, nolunt aliquid exigere ab eo pro eorum intereſſe, ſed quòd iudex ſolueret de ſuo pro illo, hoc eſſet mihi nouum. Fuit etiam quæſitum in iudicio coram Dominis de ſacro conſilio Neapolitano de tali caſu, nam ſuper re mere ciuili, nobilis quidam litigagabat & conſtituerat procuratorem, & in termino ad probandum,
7 dictus Nobilis ſe abſentauit pro ſuis familiaribus negotijs pars aduerſa petijt, quòd ille nobilis examinaretur, quod intelligo ſuper poſitionibus ſuis, dicebat procurator dicti Nobilis, quòd ipſe petens ſoluat expenſas pro examinatore, ſed replicabatur ꝙ expēſis ipſius nobilis debeat fieri examinatio. Et ita per omnes Dominos de conſilio fuit ordinatum, quòd expenſis dicti nobilis abſentis deberet fieri examinatio: ut refert Afflic. in deciſ. 177. in qua cit at pulchram Doctrinam Petr. de Anchar. in d. c. ſtatutum. §. in ſuper. de reſcriptis. in 6. uerſ. uidendum in terminis huius quæſtionis. Et idem Afflict. in dicta deciſ. in fine dicit unum ualde notandum in Practica, uidelicet, quòd tales expenſæ non ueniunt reſtituendæ per aduerſarium ipſius abſentis eidem abſenti uel eius procuratori, ſi uinceret in cauſa, quia ex cauſa ſuæ abſentiæ factæ fuerūt
8 quod dicit eſſe menti tenendum. † Et ideo ego infero, quòd iudex debet animaduertere ad notulas expenſarum, quando ipſæ notulæ ei porriguntur per uictorem, ad cuius fauorem aduerſarius fuit condemnatus in expenſis, ad obtinendum taxationem ipſius iudicis, & ſi inuenerit in notula huiuſmodi fuiſſe deſcriptas tales uel ſimiles expenſas, illas cancellabit: & de illis nullam rationem habebit. Et de principali quæſt. iſtius cap. uidelicet quando iudex uel notarius ſe cōfert ad locum differentiæ & (ut aiunt) in factum, uide aliquid per Aſinium in d. praxi. in d. §. 32. ampliatione. 36. pagina 425. & in propoſito non omitto unam quæſt. quam pluries habui de facto, & eſt talis: nam aliquis litigat per procuratorem habentē amplum mandatum ſufficiens ad reſpondendum poſitionibus par

tis

tis aduerſæ,& accidit quòd principalis eſt abſens.& nunquam fuit
9 citatus perſonaliter ad cauſam ab initio neque poſtea. † Et aduer-
ſarius producit poſitiones, & inſtat illis reſponderi per principa-
lem, procurator uerò offert ſe reſponſurum allegando abſentiam
principalis.iurando de calumnia in forma. Et etiam offerens ſe pa-
ratum probare abſentiam principalis, aduerſarius recuſat uelle
acceptare reſponſiones Procuratoris dicti abſentis allegando ſe
uelle habere reſponſiones principalis uti legalioris & magis in-
ſtructi,& inſtat dictas poſitiones trāſmitti ad ipſum principalem,
fuit dubitatum cuius expenſis ſint tranſmittendę poſitiones,ad lo-
cum in quo reſpondere debēs,moram trahit.Et ſimiliter cuius ex
penſis proceſſus & acta fieri debeant coram iudice loci in quo ab-
ſens reperitur cum iſto caſu iudex cauſę ſcribat literas ſubſidiarias
ad iudicem dicti loci rogando illum, ut cogat illum talem reſpon-
dere debentem ad reſpondendum dictis poſitionibus argum.tex.
in l.à diuo Pio. §. ſententiam.ff.de re iudic.& in ca. præſentium.de
10 teſtibus lib.6. † & in hac.q.aliàs dicebatur, quòd ſi dicto iudici
cauſæ conſtitit quòd de iure dictæ poſitiones ſint tranſmittendæ
ad dictum abſentem, principalem in cauſa, puta quia fuerit ſibi
probatum ipſum principaliorem eſſe legaliorem & magis inſtru-
ctum,iuxta theoricam Bart.& aliorum ſcribentium in l.ſi actor. ff.
de procura. & ſic quòd ille petens tranſmitti poſitiones & illis re-
ſponderi per principalem tamquam legaliorem & magis inſtru-
ctum,ut ſupra,fouet bonam cauſam in iſto articulo, poſſet dici ꝙ
ſi ille abſens nulla neceſſitate cogente abeſt & per procurat. liti-
gat, expenſis illius fieri debet.d. tranſmiſsio,ſecundum Dom. Io.
Baptiſtam Aſinnim in ſua praxi. iudiciorum. §. 32. ampliat ſub
nu.2.pag. 423. Si uerò ille eſſet abſens,ex cauſa materia, & eſſet
in caſu in quo non poſſet ſe conferre ad iudicem cauſæ, puta quia
eſſet bannitus uel infirmus ut aliquando uidi in facti contingen-
tia, forte poſſet dici ꝙ expenſis communibus fieri deberet tranſ-
miſsio. Et ideo bonus iudex ex circunſtantijs occurrentibus in fa-
cto,ſuper hoc arbitrium ſuum interponet,quandoquidem quando
11 que † a lege eius arbitrio committatur, ut inquit Alexan.in l.ge-
neraliter.§.his de præſentibus. poſt Bar.in 4.not. C.de reb.credit.
& refert Aſin.ubi ſupra:ad quem Aſin.in iſta mat.expenſarum erit
recurrendum ſuper d. §. 32. ubi latiſsime de materia loquitur in
diuerſis caſibus:qualiter autem iudex cogere debeat illum,qui ad

expenſas huiuſmodi tenetur & quid in Practica obſeruetur: Dicas quòd tempore quo iudex facit decretum de accedendo ad factum ſiue in rem præſentem, uel de tranſmittendo peritos qui uideant & referant, uel de tranſmittendo poſitiones ad abſentem &
12 ſic de ſingulis † committit etiam præceptum illi qui expenſas ſoluere tenetur, quòd illas deponat in totum uel pro parte prout iuris fore ſibi uidebitur, ſub pęna pignorationis, aliàs pars quæ inſtat deponit illas, & datur ſibi præceptum de pignorari faciendo illũ pro quo illas depoſuit, & ita captis pignoribus illas ſoluere cogitur, & quia negant aliquãdo partes & ualde contendunt ſuper hoc articulo; cuius expenſis prædicta fieri debeant: quia omnes illarũ
13 ſolutionem pro uiribus fugiunt. Ideo conſueuerunt † iudices, ad præcidendum huiuſmodi clamores, in ſuo decreto dicere, quòd accedatur uel fiat tranſmisſio, expenſis illius uel illorum cuius uel quorum de iure faciendæ ſunt. Et poſtea ſuis debitis loco & tempore expedito negotio decernunt quis uel qui ipſas expenſas ſoluere tenentur. Poteſt etiam iudex reſeruare hanc cognitionem & deciſionem in fine litis ne impediat proceſſum, propter huiuſmodi articulum incidentem. Reliqua uerò in materia expenſarum ad quas calumnioſus litigatur ſuccumbens in cauſa uenit condẽnandus inf. uidebimus: Poſtquã loquuti ſumus de acceſſu iudicis in factũ, & an & qñ accedere dẽt: & cuius uel quorũ expenſis; nunc videamus, quænam ſint partes ipſius iudicis exiſtentis in re præſenti: & loco differentiæ, die & hora deſtinatis: Et pro quibus ipſe iudex ante acceſſum huiuſmodi partes ipſas litigantes monuerit ſeu citauerit ad intereſſendum in loco differentiæ; etiam cum peritis ſi opus fuerit & res exigerit; & ad dandum ſuas informationes: ac ad oſtendendum omnia uidenda per ipſum iudicem, & uocatis Notario actuario qui ſemper cum ipſo iudice præſto eſſe de-
14 bet: ac uocatis ipſis partibus: & peritis ſi aderunt † rurſus ipſe iudex moueat partes ad demonſtrandum ipſi, omnia quæ pro ipſis reſpectiue facere putauerint: & mandare notario: qui ſeriatim ſcribat modum & formam uiſitationis: & omnia demonſtranda per ipſas partes: deſignando ſpecifice res & loca cum ſuis qualitati-
15 bus & confinibus ac menſuris, ſi forte res illi indiguerit, † & experimenta ſi qua facta fuerint: prout ſæpe accidit præſertim in materia aquarum molendinorum: & ipſe iudex teſtes inductos per partes uel alterum eorum ſummarie in facto & ſuper re ipſa

audiat,& eorum dicta per notarium deſcribi faciat præſertim ſuper finibus;ſi forſan de illis controuerſia fuerit inter partes: & antequam ex re ipſa diſcedat receptis teſtibus ſuper ipſis finibus & illorum poſitione, terminos apponat : iux. informationes habitas ab ipſis teſtibus antiquis:& ſi opus fuerit partem fundi unius partis alteri adiudicet:ut commodius agros diſtinguat iux. tex. in §. ultimo.de offic.iud. in inſtitutionibus.cum ibi notatis:& ſimiliter alia gerēda deſcribi curet per not.ut ſupra.ita &taliter quòd tam ipſe iudex quā etiam alij forte iudices appellationum omni tempore d.uiſitationem:& omnia quæ in illa & circa illam facta fuerint:clarè & aperte uideri poſsint:& deinde mandet notario,quòd prædicta omnia in actis regiſtrare debeat ad perpetuam rei memoriam:& deinde partibus petentibus ipſis copiam uiſitationis publice decernat, & tradi mandet per notarium ſoluta ſibi mercede competenti.

SVMMARIVM.

1 *Probatio quæ fit per euidentiam rei eſt clarior cæteris.*
2 *Iudex conſiderare debet inprimis,an inſtrumentum productum, ſit authenticum,nec ne.*
3 *Inſtrumentis domeſticis regulariter fides non adhibetur.*
4 *Inſtrumenta domeſtica ſola ſine alijs adminiculis ad probationem non ſufficiunt.*
5 *Iudex coram quo producitur inſtrumentum authenticum debet nihilominus ſcripturam illius conſiderare in qualibet ſui parte: An ſit abolitum,abraſum,ſeu aliàs uitiatum & ſuſpectum.*
6 *Inſtrumentum ſuſpectum de falſo propter aliquod uitium; illi fides non adhibetur.*
7 *Falſitatis ſuſpitio ciuiliter agendo,pro falſitate habetur.*
8 *Inſtrumentum quot modis dicatur falſum: Diſtingue.*
9 *Inſtrumentum poteſt dici falſum, ſi ſit mutilatum & imperfectum & ex alijs coniecturis ſuſpitionem inducentibus.*
10 *Inſtrumenta licet authentica ab eadem parte producta ſibi ad inuicem contraria,uel repugnantia non probant.*
11 *Scriptura quando dicatur publica:& quæ requirantur ut ſint talis.*
12 *Scriptura Tabellionis, ad hoc ut ſit publica requiritur quòd ipſe illam ſcripſerit tanquam tabellio, non autem tanquam teſtis, uel priuata perſona.*

13 *Tabellio debet eſſe rogatus a partibus, uel ab uno ſi inſtrumẽtum fuerit factum de actu unius.*

14 *Inſtrumentum ut ſit authenticum & publicum debet eſſe ſolemnitatibus munitum.*

15 *Solemnitates requiſitæ in publico inſtrumento habentur hic remiſſiue: exceptis duobus quæ hic adduntur.*

16 *Inſtrumentum ſi in eo deficit aliqua ſolemnitas, uel eſt in eo falſitas uel raſura, quæ generat ſuſpitionem, totum inſtrumentum grauatur.*

17 *Inſtrumentum ſcriptum, ex diuerſo atramento, & ex literis diſſimilibus eſt ſuſpectum.*

18 *Inſtrumentum publicum poteſt dici falſum, ex pluribus ſuſpitionibus: quas iudex poterit elicere ex conſilijs Doct. hic allegatis.*

19 *Iudex admittens aliquod inſtrumentum quod non tenet quantum ad probationem, non ſolum facit litem ſuam, ſed etiam tenetur ex illo titulo s quod quiſque iur. in alter. ſtatuerit.*

20 *Iudex non debet admittere Inſtrumentum non ſolemne, quia paria ſunt non ſolemnia & falſa: quantum ad uim probationis non ad uim punitionis.*

21 *Inſtrumenta non ſolemnia & falſa: æquiparantur quantum ad uim probationis non punitionis.*

22 *Solemnitas probatoria eſt introducta propter publicam utilitatem. ideo partes non poſſunt renuntiare legi circa ſolemnitatem probatoriam diſponenti.*

23 *Renuntiari non poteſt per partes legi circa ſolemnitatem probatoriam diſponenti.*

24 *Inſtrumentum imperfectum & cæteratum producens non probat aliquid quia ei non datur fides.*

25 *Dictio (& cetera) qualiter extendi poſſit per notarium: & quòd ſub ea non poſſint extendi ea quæ ſint de ſubſtantia ſed generaliter conſueta.*

26 *Extenſio dictionis, & cætera: non debet comprehendere ea quę ſint de ſubſtantia ſed duntaxat generaliter conſueta.*

27 *Notarius quod cenſeatur rogatus ut apponat in inſtrumento omnes clauſulas conſuetas licet id dictum non fuerit, quomodo intelligatur.*

28 *Inſtrumenti publici exemplum aliquando fidem facit & plene probat, & quando.*

29 *Exemplum Publici inſtrumenti aliquando probat plene & quando.*

30 *Exemplo ſiue copia inſtrumenti producti datur fides contra producentẽ: ſi No-*

ſi Notarius ſcripſerit in ea quòd tradita fuerit de mandato producentis.

31 *Cautela pro eo qui recipit copiam inſtrumenti contra ſe productam ſeruanda, habetur hic.*

32 *Inſtrumentum producens cenſetur fateri omnia in eo contenta eſſe uera & fallentiæ habentur infra.*

33 *Inſtrumentum producens non cenſetur fateri in eo enunciatiue dicta.*

34 *Inſtrumentum producens limitate cum illa clauſula in parte & partibus pro ſe facientibus & non aliter nec ultra, non dicitur fateri contenta in inſtrumento contra ſe facientia.*

35 *Clauſula ſolita apponi in productione inſtrumentorum uidelicet, in partibus pro ſe facientibus & non aliter nec ultra: operatur quod inſtrumentum non dicitur productum quoad capitula, contra ipſum producentem facientia.*

36 *Inſtrumento producto per aliquem in cauſa in parte & partibus & cap. Cautela eſt quòd ille contra quem producitur: illud re producat cum ſimili limitatione.*

37 *Inſtrumentum ſi fuerit prodictum in parte & partibus pro ipſo producente facientibus: talis limitatio iuuat producentem: quando capitula ſunt ſeparata & in diuerſa oratione poſita.*

38 *Acta iudicialia ſi producantur in parte & in partibus & cætera, talis limitatio non iuuat prout in inſtrumentis.*

39 *Inſtrumentum producens uidetur fateri contenta in eo uera eſſe: fallit quando productio fit non animo approbandi.*

40 *Inſtrumentum producens uidetur fateri contenta in eo: & approbare perſonam notarii de eo rogati, ita ut non poſſit amplius illum improbare.*

41 *Inſtrumento producto in parte & partibus & c. nihil operatur talis productio, quando aduerſarius proteſtaretur ſe uelle uti eodem inſtrumẽto in partibus quæ faciunt contra producentem.*

42 *Pariſius allegatur tenere contrarium in conſiliis eius quod dixit in lecturis.*

QVINTODECIMVM CAPVT.

1 ET quoniam vidimus in proximo procedenti cap. de probatione quæ fit per euidentiam rei: quæ cæteris † eſt clarior; & ideo merito anteponenda: nunc uidendũ eſt de probatione inſtrumentali:

ſtrumentali,& quæ circa illam iudex conſiderare debeat. Et in pri-
2 mis conſiderandum eſt:an inſtrumentum quod producitur † ſit au
thenticum nec ne:quia ſecũdum auctoritatẽ Gregorij Papæ in c. 1.
de fid. inſtrumentum. ſi ſcripturam Authenticam non videmus
ad exemplaria nihil facere poſſumus : nempe ſcripturis priuatis
3 † & inſtrumentis domeſticis regulariter fides non adhibetur, ut
probat tex.in c.2.eo.tit. & probatur in glo.ibi,& in l. inſtrumenta
4 domeſtica.C.de probat.ubi habetur † quòd ſine alijs adminiculis
ſola ad probationem non ſufficiunt,quinimmo dato quòd produ-
catur aliquod inſtrumentum authenticum prima facie,pro quo re-
gulariter & contentorum in eo ueritate præſumitur donec probe-
tur contrarium iuxta text.in l.cum precibus. C. de probat. tamen
5 adhuc iudex debet diligenter † conſiderare ſcripturam eius in-
ſtrumenti in qualibet eius parte , an ſcilicet illud fuerit abraſum
cancellatum ſeu aliàs vitiatum in aliqua ſui parte ſubſtantiali.iuxta
Theoricam de qua in cap. inter dilectos. de fide inſtrumentorũ:
6 quia ſi uitiatum apparet,eſt ſuſpectum de falſo † & illi fides non
7 adhibetur, † quinimmo ciuiliter agendo ſuſpitio falſitatis habe-
tur pro falſitate:& ita intelligitur illud vulgatum dictum Archid.
& Dominici de S. Gemi. in cap. in memoriam 19. diſt. ubi gloſſ.
8 † ponit quot modis inſtrumentum dicatur falſum. Et dicebat Bar-
9 ba.in conſi.53. in 3.uol. † quòd dici poſſunt falſa ſi ſint mutilata
& non perfecta,& ibi etiam ponderat alias coniecturas in hac ma-
teria ſuſpitionis falſitatis. Alius caſus etiam reperitur in quo in-
10 ſtrumento † authentico fides non adhibetur,ſcilicet ubi eadem
pars produxit inſtrumenta,ſibi ad inuicem contraria ſeu derro-
gantia,ut probat tex.in cap.imputari.de fi.Inſtr.& in l. ſcripturæ.
C.eo.tit.ubi inquit imperator quòd tales ſcripturæ nihil firmitatis
habere poſſunt.& gl.illum intelligit de ſcripturis publicis,quærens
poſtea quid ſi una eſſet publica & altera priuata. Et ad cogno-
11 ſcendũ qñ ſcrip.dicatur publica † & quæ requirantur,uideatur Bal.
in l.prima.§.editiones col.2.uer.& adde quòd ad hoc. ff.de eden.
in 2.col. ubi 4.enumerat quæ ſunt notanda. Primum uidelicet ꝙ
ſit publica manu ſcriptum inſtrumentum,puta tabellionis, qui ta-
men non præſumitur tabellio niſi probetur. Secundum requiritur
12 ꝙ ſcripſerit † tanqnam Tabellio ; non tanquam teſtis uel perſo-
13 na priuata. Tertium † quòd ſit rogatus a partibus uel ab uno, ſi
inſtrumentum fuerit de actu unius,& ibi ponit exempla. Quartum.
quòd

14 ꝙ† inſtrumentũ ſit ſolemnitatibus munitum, † quas glo. enumerat in l. generali. C. de Tabularijs. libro. decimo. quæ (ſecundum eum) deficit in duobus. primo, quia de loco mentionem non facit qui in publicis inſtrumentis contineri debet. Item non facit mentionem de ſigno Tabell. quod eſt de ſolemnitate pu
15 blici inſtrumenti: ſubdens quòd ſi aliqua † ſolemnitas deficit, uel eſt in ea falſitas uel raſura quæ generat ſuſpitionem inſtrumentũ grauatur. Et de ſolemnitatibus requiſitis ad eſſe & de ſubſtantia publici inſtrumenti uideatur Abb. in d. cap. 1. de fid. inſtru. ubi illas ſigillatim enumerat: Alia ſuſpitio ſæpe inuenitur ex qua red-
17 ditur inſtrumentum ſuſpectum † uidelicet, quando illud ſcriptum eſt ex diuerſo atramento, & literæ illius habent diſsimilitudinem de qua ſuſpitione ex hoc cauſata uide Ang. in conſi. 34. ſuper primo &c. in fin. iuncto themate præſcripto. & Craue. conſi. 88. in pri-
18 mo quæſito. & in conſ. 134. nu. 27. † alias ẽt ſuſpitiones diſtinctas & ſuas ſpecies & quando ex illis uel earum aliqua poſsit inſtrumentũ dici falſum uide pulchre & late per Mandell. in cõſ. 99. Dubitationes &c. & in conſi. 71. inter conſilia Zileti in prima parte. & per Crauet. in conſil. 28. & per Cephal. in conſi. 287. in ſecundo Thom. omnino videndum in quibus locis iudex poterit elicere quam petimus ſuſpitio. falſitatis. Non omitto unum quod
19 eſt ualde pro iudicibus notandum, uidelicet † quia ſi iudex admiſit aliquod inſtrumentum quod non tenet quantum ad probationem, non ſolum facit litem ſuam ſed etiam tenetur ex illo tit. qđ quiſquis iuris. ita Bal. poſt Inn. quem allegat in l. ſuper Chirographarijs. C. ſi cert. pet. ſub num. 5. uerſic. & dicit Inno. colum. fin. ubi prius ſub num. 3. in termino not. dicit quòd iu-
20 dex † non debet admittere inſtrumentum non ſolemne, quia lex
21 dicit † quòd paria ſunt inſtrumenta non ſolemnia & falſa quantũ ad uim probationis non quantum ad uim punitionis: & ibidem in
22 prin. d. colu. dicit, quòd ſolemnitas † probatoria eſt introducta propter publicam utilitatem. Et ideo infert quòd partes non poſ-
23 ſunt † renuntiare legi circa ſolemnitatem probatoriam diſponen
24 ti. l. nemo poteſt de lega. primo. Item inſtrumentum † imperfectũ & cæteratum producens non probat aliquid quia ei non datur fi-
24 des. Bar. conſi. 9. colum. antepen. 4. uolum. ubi † etiam loquitur de
26 extenſione dictionis, ut non poſſint ſub ea extendi † ea quæ ſunt de ſubſtantia ſed duntaxat generaliter conſueta, declarando etiã

quo-

27 quomodo intelligatur illud quod uulgo dici ſolet, uidelicet † ꝙ notarius ſimpliciter rogatus de aliquo inſtrumento cenſetur rogatus, ut apponat omnes clauſulas conſuetas licet id dictũ non fuerit: de quo per Euerard. in ſuo tractatu de centum modis argumentãdi in loco, à ſolitis Bal. in l. fina. C. de fideiuſ. aduertatur etiam ꝙ licet tex. in d. ca. primo, de fid. inſtrum. dicat ꝙ ad exemplaria ni
28 hil fieri poteſt, tamen aliquando reperitur exemplum alicuius † inſtrumenti publici fidem facere & quidem plene, ut quando eſt ſcriptum manu euiſdem Notarij qui de ipſo inſtrumento publico rogatus fuit tamquam notarius ut per Doct. in authent. ſi quis in ali
29 quo. C. de edendo. & ego † intelligerem quando ipſe notarius tale exemplum redegiſſet in formam probantem uidelicet cum ſubſcriptione ſigno & fide rogitus, & appareret ipſum talem ſcripturam habuiſſe pro authentica, per Doctri. Domini Alexan. in d. authentica. ſi quis in aliquo. in ſecunda col. uerſic. teneo communem num. 5. ubi etiam uideatur Soc. in pen. colum. uerſ. & ideo dici poteſt &c. ubi dat intellectum ad communem opinio. Alius caſus eſt
30 in quo ipſi exemplo & copiæ fides datur, contra illam ſ. producẽtem, ſi notarius actuarius in ea ſcripſerit ꝙ tradita fuerit de mandato illius producentis, & ideo Ange. in d. authen. ſi quis in aliquo
31 in prima colum. poſt Bart. ibi tradit cautelam † ut quando quis recipit talem copiam à notario faciat opponere illa uerba, uidelicet quòd de mandato & conſenſu producentis illam tradidit: ſciendũ
32 eſt etiam ꝙ producens † inſtrumentum cenſetur fateri omnia in eo contenta eſſe uera: ſufficiant plene not. per Fely. & Moder. in c. cum uenerabilis. de except. & per Iaſ. & alios in l. prima, §. editiones poſt glo. ibi. ff. de eden. per Bal. in l. ſi quis teſtibus. C. de teſti-
33 bus. fallit in hoc † quo ad ea quæ in eo enuntiatiue dicta ſunt. Iaſ. in l. contra iuris. §. 1. ff. de pac. Rimin. ad iſta uideatur in conſil. 89. num. 21. uolum. 1. & Foller. in praxi crim. pag. 129. ſed iſtud ſecun-
34 do loco limitari poteſt qnando producens † inſtrumentum diceret ſe illud producere in parte & partibus pro ſe facientibus & non aliter nec ultra, & prout aliqui dicunt, ſi & quatenus pro me facit produco &c. quia tuuc iſta productio ſic limitata operatur
35 † ut inſtrumentum non dicatur productum quaſi ad capitula, quæ faciunt contra ipſum producentem, ut per Alex. conſi. 136. 2. uol. & per practi. Papian. in forma libelli productionis inſtrumenti in uerbo, in illis paſſibus & punctis &c. & per Foller. in dicta Pra

cti.criminali d.pagina 129.in glo. item ꝙ commiſit falſum &c. & ad hoc uide Riminal. loquentem in productione libri rationum in conſi.358.uolum.2. & Rip.in rep.cap.cum.M.de conſt.num.79.in parua impreſſ.ubi dicit ꝙ communis opinio. eſt ꝙ illa talis productio multum operatur,& reſpondet obiectioni quæ fit per aliquos ꝙ ſit in facultate iudicis credere inſtrumento etiam contra producentem,non obſtante tali productione,ꝙ illud ſit uerum poſtquam ſunt productæ ſimpliciter ſed ſi ſunt productæ cum dicta poteſtate non poſſunt dici producta in partibus facientibus pro aduerſario,ut dicebat Alex.in conſil.136.ſubdens ꝙ ad effugiendum om-
36 nem dubitationem aduerſarius inſtrumentum † reproducat cum ſimili limitatione,uidelicet quatenus pro ſe faciat.& uide Grat. in conſi.181.primo uolum.in prima colum.ubi dicit ꝙ licet Bal.in c. præſentium. de teſtibus. & nonnulli alij de quibus in dicto conſi tenuerint contrarium nihilominus plures Doct.& maioris ponderis ſunt pro alia opin. quæ (ſecundum eum) abſque difficultate
37 procedit † quando capitula ſunt ſeparata & in diuerſa oratione poſita,& diuerſa continent, & etiam quando aduerſarius non contradicit proteſtationi ut per eum num.12. Et in conſi. 104. in eod. uol.ubi in eadem cauſa conſuluit,& in ſpecie ſub nu.4. dicit quòd Doct.qui dicunt. d. proteſtationem iuuare loquuntur, in inſtru-
38 mentis † non autem in actis in quibus talis proteſtatio non releuat:quia fit differentia inter inſtrumenta & ſcripturas priuatas & acta:ut per ipſum grat.ibi in prima col.fallit etiam illud quod dicitur, quòd producens inſtrumentum uidetur fateri &c. quando
39 productio fit cum † proteſtatione quòd non animo approbandi. Crau.conſi.175.verſi.cum ergo iſta aſſertio col.3.num.7.& dicit Iaſ.in d.§.editiones col. penu.nume.13.cum pluribus ſequen-
40 tibus.ff.de eden.quòd quis producendo inſtrumentum † uidetur fateri contenta in eo & approbare perſonam notarij de eo rogati: ita ut non poſſit amplius illum improbare, Et idem uoluit Barba. conſi.18.ſecundo uol.col.12.idem quoque uoluit Franci. Aluarot. conſilio 67.inter conſil.criminal. Zileti in primo tom. paruæ impreſſ.num.40.cum ſequen.pag.135.ſubiungebat etiam Iaſ. ubi ſupra prox.quòd illud quod dicit quod d.productio limitata ut ſu-
1 pra nihil operatur † poteſt procedere quando Aduerſarius proteſtatur ſe uelle uti eodem inſtrumento in illis partibus quæ faciunt contra producentem,& ut latius per eum ſub numero 8,ut

etiam

etiam aliqui ex ſupradictis uoluerunt,& licet Pariſ.loquens in ter minis.d.productionis limitatæ in ca.cum venerabilis.de except.re-
42 probauerit iſtam Practicam † tamen in conſi. 125.primo uolum.illam ſequitur,& communis opin. & communis Pract.in iudicijs illam approbat,dicit enim Pariſ.d.conſi.ꝙ producens videtur fateri &c.etiam contra ſe eſt communis,quando ſimpliciter producitur. Sed ꝙ quando aduerſarius producentis utitur inſtrumento producto cum illa cautela, & illud ſimiliter reproducit, uidetur fateri &c.ut latius per eum in dicto conſil. 125. num.20. per totum numerum 23.

SVMMARIVM.

1 *Teſtium materia eſt latiſſima requirens longum tractatum.*

2 *Iudices multum laborare oportet circa teſtes: ut ueritatem recte percipiant.*

3 *Tract.editi in materia teſtium per plures famoſiſſimos Doctor.hic citantur.*

4 *Iudex ſi poſſibile eſſet, deberet per ſe examinare teſtes: quia hoc ſibi mandatur à lege.*

5 *Iudicibus ante oculos ponendus eſſet text.aureis literis ſcribendus hic citatus.*

6 *Text.ſcribendus literis aureis & coram iudicibus ponendus in materia teſtium.*

7 *Iudex ipſe deberet uidere cognoſcere & percipere qualitates & circunſtantias teſtium interuenientium in cauſa.*

8 *Teſtimonijs ſeu dictis & atteſtationibus teſtium ſolis iudex credere non debet.*

9 *Abuſus aliquorum locorum deploratur in quibus permittitur cuilibet ſe ingerere in officio examinandi teſtes, abſque commiſſione iudicis: dummodo ſit notarius ſimplex.*

10 *Notarius ſimplex abſque commiſſione iudicis, & nulla præcedente examinatione ſuæ idoneitatis & legalitatis, ſe ingerens in officio examinandi teſtes abuſum committis.*

11 *Tabellio nullum poteſt recipere teſtem uel examinare in abſentia iudicis ſine ſpeciali commiſſione.*

11 *Teſtes examinari non poſſunt per aliquem tabellionem in abſentia iudicis ſine ſpeciali commiſſione.*

12 *Iudices*

11 *Iudices ſunt arguendi, qui committunt examinationem teſtium notarijs ſimplicibus: quia per ſe illos audire deberent, uel ad minus committere perſonis diſcretis, Idoneis, & honeſtis.*

13 *Teſtium examinatio per iudices committi non debet notarijs ſimplicib. ſed perſonis diſcretis, idoneis & honeſtis.*

14 *Iudices quare faciliter committunt examen teſtium, cum tamen in probationibus tota uis cauſæ conſiſtit: dicitur hic.*

15 *Teſtium receptio, an committi poſſit non habenti iuriſdictionem, ſine uoluntate partium.*

16 *Teſtium acceptio cui ſit facienda, & quòd cum cauſæ cognitione fieri debet, & quæ poſſint facere tales commiſſarij.*

17 *Iudices quæ conſiderare debeant circa qualitatem perſonæ, cui ſit committenda receptio teſtium, & qualiter, & quòd parte citata fieri debet.*

18 *Examinatoris idoneitas & honeſtas prius eſt cognoſcenda.*

19 *Teſtium examinatio hodie de conſuetudine regulari, per iudicem committitur, quidquid ſit de iure.*

20 *Conſuetudo regularis introduxit, quòd hodie iudex committit examinationem teſtium notario, propter multitudinẽ agendorum dummodo hoc fiat ex cauſa.*

Commiſſio examinis teſtium facta per iudicem notario, debet apparere per ſcripturam manu alterius notarij.

21 *Teſtium examinandorum commiſſio facta per iudicem notario, debet apparere per ſcripturam manu alterius notarij.*

22 *Conſenſus partium requiritur, ut ualeat in commiſſione facienda per iudicem notario de examine teſtium, ſecundum communem.*

23 *Teſtium falſariorum & corruptorum abundantia, iſtis temporibus plus ſolito habetur.*

24 *Examinatio et teſtium & receptio illorum differunt inter ſe, adeo quòd commiſſa receptione non dicitur commiſſa examinatio.*

Teſtium receptio & illorum examinatio inter ſe differunt adeo ꝙ commiſſa receptione, non dicitur commiſſa examinatio.

25 *Teſtis admiſſus ad actum iuramenti habetur tunc pro præcepto.*

26 *Examine teſtium commiſſo ſuper cauſa principali, an etiam intelligatur commiſſum ſuper capitulis reprobatorijs.*

Teſtium examine commiſſo ſuper cauſa principali, an intelligatur etiam commiſſum ſuper capitulis reprobatorijs.

27 *Satutum Bonon. ponens modum ſeruandum per notarium examinatorem*

rem teſtium productorum in cauſa ciuili, qualiter ſit intelligendum & ſupplendum de iure.

28 Examinare teſtes dicitur eſſe quid arduum: & requirit induſtriam perſonæ.

29 Induſtria magna requiritur in examinatore in ea parte fungente uices iudicis.

29 Examinator fungens uice iudicis, induſtrius eſſe debet & quare.

30 Examinator iudicis ſui intellectus percipere & dignoſcere debet, qualitatem, ſtatum, & conditionem teſtium: & alia de quibus hic.

31 Vacillatio & uariatio teſtis, debet ſcribi in actis, quia eſt notabilis importantiæ, & multum operatur: & ratio hic exprimitur.

34 Teſtes uarians uel uacillãs, operatur, ut iudex non poſſit unquam ferre ſententiam pro ea parte, pro qua talis teſtis depoſuit.

35 Torqueri poterit teſtis uarius, & uacillans, quod tamen limitatur, & declaratur ut hic.

36 Varius & uacillans teſtis in modico & extra negocium principale, licet ſuper acceſſorijs, & appendicijs, torqueri non poteſt.

37 Iudex ſiue notarius commiſſarius examinis, debent eſſe diſcreti uti cognoſcant, an ueriſimiliter teſtis ſit ſuſpectus.

38 Teſtis ſuſpectus debet pro uiribus intercipi.

39 Teſtis ſuſpectus dicitur, quando deponit non uerisimilia, & quando ſe ingerit & comparet ad deponendum non citatus.

40 Suſpectus dicitur teſtis qui deponit non uerisimilia & quia non citatus ſe ingerit & comparet ad deponendum, etiam ſi aliàs eſſet omni exceptione maior.

41 Teſtis productus a parte, uel monitus a iudice, & qui cogi poterat, non dicitur ſuſpectus, & eidem quando uenit de longinquo.

42 Teſtis ſe ingerens ut dicatur ſuſpectus, procedit, & eſt uerum in cauſa criminali, ſecus in ciuili.

43 Induſtria examinatoris notarij, uerſatur etiam in eo ut ſcribat dicta teſtium, extenſe, clare & aperte.

44 Examinator Notarius, debet ſcribere dicta teſtium extenſe clare & aperte, & non aufugere laborem.

45 Notarij qui ex pigritia ſcribunt dicta teſtium hoc modo (dixit per omnia, ut alius teſtis proximus) reprehenduntur, & ratio ibi aſſignatur.

46 Teſtes deponentes per eundem meditatum ſermone ſuſpecti, & ex eo deprehenditur falſitas.

47 Teſtis

47 *Teſtis cuius dictum, non eſt ſcriptum extenſum per Notariū non probat.*

48 *Curia Romana reprobat illum modum ſcribendi dicta teſtium abreuiatè, dicendo, dixit per omnia prout alius teſtis proximus.*

Teſtis dictum abreuiate ſcriptum. curia Romana non admittit: & Clemē. quartus tale teſtimonium non recipiebat.

49 *Teſtis dictum abreuiate ſcriptum quod non ualeat, eſt opinio communior & magis æqua.*

50 *Narratiua facti facta per teſtem operatur quòd deprehenduntur multa, propter quæ dicta ipſorum teſtium non attenduntur, & illis fides nō adhibetur.*

51 *Teſtes ex narratione facti, detegunt multa propter quæ dicta ipſorum non attenduntur, nec illis fides adhibetur.*

52 *Teſtes de neceſſitate debent factum plene recitare, & explicare totum aliàs eorum dictum nihil ualet.*

53 *Teſti deponenti per hæc uerba (ſi bene memini) non dicitur plene recordari, & ideo ſequitur, quòd ei non creditur.*

54 *Iudex uidens, & cognoſcens ex dicto teſtis factum narrantis illum malitioſe, uel obſcure loqui, ei credere non debet.*

55 *Dictum teſtis malitioſe, uel obſcure loquentis, non ualet, niſi dictum ſuum declaret, & puniri poteſt, tanquam falſarius.*

56 *Teſtificatio eius, qui non plene narrat factum, & aliquid de ſubſtantialibus omittit uiciatur.*

57 *Teſtis nimis animoſe, & cum affectione ad partem producentem deponens, eſt ſuſpectus.*

58 *Teſtis nimium præcipitoſe reſpondens uel nimium tarde ſimiliter ſuſpectus redditur.*

59 *Teſtis nimis uerboſus in dicendo teſtimonium, eſt ſuſpectus & contra eū præſumitur.*

60 *Narratio facti facta per teſtem operatur quòd poteſt colligi diſcordia ab alijs de loco tempore & perſonis, & an ſit contrarius ſibi ipſi.*

61 *Narratio facti poteſt operari ut ex ea colligatur, an teſtis reddiderit cauſam dicti ſui ſufficientem, uel minus ſufficientem & ineptam.*

62 *Teſtis interrogatus de cauſa, ſi illam non reddit dicitur deponere tamquam pecus, & non facit præſumptionem.*

63 *Teſtis qui reddit cauſam dicti ſui, etiam ubi non eſſet neceſſe præfertur alijs cauſam non reddentibus.*

64 *Teſtis cauſam non concludentem, ſed ueriſimilem reddens, coram arbitratore ſufficit.*

65 *Dictum teſtis ualet regulariter: cauſa non expreſſa, ſi non fuit interrogatus de ea.*

66 *Teſtis in criminalibus debet cauſam dicti ſui exprimere: etiam quod de illa non fuerit interrogatus: fallit, ſi deponit ad defenſam ut ibi.*

67 *Teſtis ubi agitur de probando aliquid quod percipitur ſolo iuditio intellectus: etiam non interrogatus debet reddere cauſam dicti ſui.*

68 *Iuramentum in ſupplementum non poteſt deferri uigore dicti unius teſtis, non reddentis cauſam dicti ſui, etiam non interrogati.*

69 *Teſtes deponentes ſuper his quæ percipiuntur potius ratione mentis uel peritiæ, quam ex ſenſu corporis non probant, niſi reddant rationem dicti ſui etiam non interrogati.*

70 *Teſtis qui deponit ad reprobationem inſtrumenti tenetur reddere rationem dicti ſui: etiam non interrogatus, & in pluribus alijs caſibus: de quibus hic remiſſiue.*

71 *Examinator ex forma ſtatuti Bonon. tenetur ſcribere propria manu, omnia uerba teſtis: nec poteſt alteri committere.*

72 *Notarius actorum tenetur ipſe examinare teſtes & ſcribere: excluſo alio Notario: cui non ſit commiſſum hoc a ſtatuto uel a iudice, uel de partium uoluntate: uel niſi ipſe notarius actorum impeditus ſit.*

73 *Notarius actorum hodie Bononiæ non examinat teſtes regulariter: ſed partes litigantes ad ſui libitum eligunt unum examinatorem pro parte propria authoritate.*

74 *Abuſus, qui committuntur circa examen teſtium non tranſeunt ſine culpa iudicum omittentium eligere, & deputare examinatores idoneos legales & fide dignos.*

75 *Iudex in cauſibus quæ delegari non poſſunt debet perſonaliter examinare teſtes maxime in cauſa matrimoniali: quę eſt ardua cauſa.*

76 *Teſtis an & quando poſſit deponere per ſcripturam: & concluditur regulariter quod non.*

77 *Peritus electus per iudicem ad uidendum aliqua ad eius peritiam ſpectantia: poteſt ſuam relationem in ſcriptis facere, & iudici tradere, debet tamen iurare.*

Peritus debet iurare in ſua relatione ſolum de credulitate, quod fallit ut hic.

78 *Iuramentum periti deponentis, de peritia artis ſuæ debet eſſe de credulitate: fallit ut hic.*

79 *Iurare non tenentur periti aſſumpti de communi conſenſu partium, quia fides eorum eſt approbata ab utraque parte.*

Iudex

80 *Iudex ubi uellet proprio motu, ſe informare ad dictum periti, tunc non oportet quod interueniat iuramentum, immo nec citatio partis.*

81 *Iudex requiſitus ad examinandum teſtes abſuturos incontinenti: ad quæ habeat animaduertere & quæ in Practica obſeruare.*

82 *Citatio facienda & exequenda pro examinandis teſtibus abſuturis cuius formę & tenoris eſſe debeat.*

83 *Teſtes abſuturi examinantur ſuper articulis etiam obiectiuis & forte non admiſſibilibus: etiam ante litem conteſtatam.*

84 *Teſtes abſuturi examinari poſſunt, etiam per iudicem ad quem eſt appellatum a grauamine: antequam de ipſo grauamine cognoſcat.*

85 *Teſtium abſuturorum examinandorum practica: unde deſumatur uide hic.*

86 *Practica examinandi teſtes abſuturos præcipue ſeruatur in Cur. Romana*

87 *Teſtibus abſuturis defertur duplex iuramentum, unum ſcilicet de futura abſentia, aliud uero de ueritate dicenda.*

Iuramentum duplex exigitur a teſtibus abſuturis unum de futura abſentia aliud de ueritate dicenda.

88 *Teſtes examinati tanquam abſuturi ſi ſuperuenerint poſtea in loco iudicij debent iterum ordinarie examinari, aliàs examinatio dumtaxat ſidem faceret.*

89 *Iudex requiſitus ad examinandum teſtes ad perpetuam rei memoriam, ex quibus cauſis admittere debet illorum examina, attentis ipſorum teſtium qualitatibus.*

90 *Iudex qui requiritur, ut examinare faciat teſtes ad perpetuam rei memoriam, ad quæ animaduertere & qualiter procedere debeat.*

91 *Iudex debet cognoſcere, an teſtes qui petuntur examinari ad perpetuã rei memoriam habeant qualitates requiſitas, & ſuperinde interloqui parte citata.*

92 *Iudex coram quo quis uult examinari facere teſtes ad perpetuam rei memoriam, debet eſſe iudex competens ipſius inſtantis, ſi contra eum ordinarie procederetur.*

93 *Teſtium examinandorum ad perpetuam rei memoriam materia: & quando poſſint examinari.*

94 *Nullitas examinis facti ad perpetuam rei memoriam oſtenditur ex conſilijs Doctorum hic allegatorum.*

Examinis teſtium ad perpetuam rei memoriam facti nullitas oſtenditur in conſilijs doctorum allegatis.

95 *Nullitas examinis ad perpetuam rei memoriam facti: coram quo iudice*

 poſſit

poſſit cognoſci & tractari.

96 Teſtes de quorum morte dubitatur uel alio impedimento: poſſunt examinari, per odinarium in partibus lite pendente in curia.

97 Neceſſitas facit quod aliquando a iure communi deuiatur & extraordinarie procedatur.

98 Iudex citata parte poterit recipere & examinare teſtes ſuper iure inducentis illos, & timentis ne proceſſu temporis, probationis copia ſibi depereat.

99 Teſtes poſſunt examinari abſque partis citatione in caſibus quatuordecim cumulatis per Fely. in loco hic citato.

100 Ludouicus Romanus ſi uiueret, poſſet luere pœnam effoſſionis oculorum quam ſibi impoſuit in uno ſingulari.

101 Iudices hortantur ut per ſe ipſos deferre iuramentum uelint teſtibus examinandis, de ueritate dicenda, & illos monere.

Iuramentum eſſet deferendum per iudices de ueritate dicenda teſtibus examinandis, qui etiam per eum eſſent monendi.

102 Iudices conſiderare debent bene & diligenter perſonas teſtium, & illorum uultus & fiſiognomias, & alia de quibus hic, & ratio aſſignatur.

103 Litigator quidam contra quem examinabantur teſtes deplorati uiles & turpis aſpectus, in partibus uigore remiſſoriæ, curauit illos per pictorem depingi, & imagines ipſorum pictas cum ſuis ueſtibus attritis ad curiam in remiſſoria incluſas tranſmitti.

104 Iuramentum deferendum teſtibus examinandis in cauſa, cuius tenoris eſſe debeat.

105 Teſtes ad hunc finem inducuntur, ut ueritatem deponant pro utraque parte, & ſuper aliquo proprio ſenſu corporis, non autem ſuper alieno.

106 Teſtis ſi iurauit ſimpliciter ſuper articulis productis dicere ueritatem, & non fuit adiectum ſuper tota cauſa, ſi deponit aliquid ext. articulos non ualet eius dictum.

107 Iuramentum eſt ſtricti iuris, & ſtricte intelligendum, & non ligat, niſi ſuper illis ſuper quibus eſt formaliter iuratum.

108 Ad iudicem principaliter ſpectat curare quod ſcribatur in actis, & teſti examinando explicare, quod iuret ueritatem dicere ſuper Articulis & tota cauſa.

CAPIT.

XVI. CAPVT.

NVNC tractandum eſt de alia probatione, quę fit
per teſtes: quæ magis in iudicijs frequẽtatur: & iſta re
1 quireret longum tractatum † tanquam habens mate
2 riam latiſſimam: & circa quam † iudices multum la-
borare oportet quo ad plura, vt ueritatem recte percipiant: ut in
fra patebit, & ut ſic ea percepta iuſtitiam partibus miniſtrare poſ-
ſint. Et quòd prędicta vera ſint, patere poteſt ex pluribus tracta
3 tibus per famoſiſſimos Doctores † editis in hac materia. Et in pri-
mis per ſpecul. patrem practicę ſub tit. de teſte. Deinde per do-
minum Ioannem Monachum. in ſuo trac. in tit. defenſionum iuris
ſub Rub. contra teſtes, incipiente, quia licet ad claritatem &c. &
per Practi. Pap. in ſuo opere in rub. forma iuramenti teſtium: & in
alia Rub. forma opponendi contra teſtes poſt publicationem: de-
mum per Bart. in tractatu teſtimoniorum (ut verbis ſuis utar) &
per Bal. qui in eadem materia ſcripſit ſuper l. præſbiteri, & ſuper
d. l. conuenticulam. C. de epiſ. & cler. Et ſubinde faciendo tracta-
tum ſub pluribus Rubricis. Et per Iacobum Egidij in ſuo tractat.
inſcripto, ad reprobationem teſtium., & per dominum Nellum de
Gemin. qui ſimiliter plura ſcripſit in materia teſtium: quæ omnia
habentur impreſſa, poſt conſilia: quęſt. & tract. Bart. & poſt omnes
prædito ſuperuenit Crott. quod floruit iam ſexaginta annis ela-
pſis, & tempore Pontificatus Iulii ſecundi legens publice in hac ci
uitate Bon. qui compoſuit tractatum in hac materia teſtium; cui
quidam D. Petrus de Moncada excellens Doctor Hiſpanus, fecit
bonas apoſtillas, & adiecit vltimam partem, quam dictus dominus
Io. morte præuentus adijcere non potuit, & quæ ſic impreſſa, ut
ſupra, ſufficerent pro inſtructione cuiuslibet iudicis: & non eſſet
opus ulterius laborare. Nihilominus pro maiori inſtructione iudi
cum nouitiorum, non omittam ſic aliqua ſcribere, quæ forte pote-
runt etiam prodeſſe iudicibus prouectis, & quę forte non fuerunt
ſcripta a præfatis maioribus noſtris.

Et in primis dico animaduertendum eſſe a Iudice, quòd ſi poſ-
4 ſibile eſſet, † ipſemet perſonaliter deberet examinare teſtes, quia
hoc uidetur ſibi demandari in effectu a lege, ut eſt text. qui eſſet
5 aureis literis ſcribendus, & ante omnes iudices ponendus. † in l.

6 tertia §.ideoque diuus Adrianus ff. de teſtibus. † ubi plures partes epiſtolarum diui Adriani imperatoris inſeruntur, ex quibus
7 colligitur immo expreſſe probatur, † quòd iudex ipſe debet uidere cognoſcere & percipere qualitates & circunſtantias perſonarum
8 teſtium interuenientium in cauſa, † & non ſolis teſtimoniis hoc eſt dictis & atteſtationibus illorum credere. Qua de re nunc mihi
9 occurrit † deplorare & deteſtari abuſus aliquorum locorum, & præſertim ciuitatis noſtræ Bononiæ, in qua permittitur ciuilibet
10 ſe ingerere in offitio examinandi teſtes. Dummodo † ſit notarius ſimplex, nulla præcedente examinatione ſuper concernentib. idoneitatem legalitatem ſcientiam & diſcretionem talis examinatoris. Et quod deterius eſt abſque commiſſione iudicis contra diſpo
11 ſitionem iuris, quæ habet † quod nullus tabellio poteſt recipere teſtes uel examinare in abſentia iudicis, ſine ſpeciali commiſsione ut dixit Bal.in c.ſi qui teſtium col. 1. de teſt. quem ſequutus fuit Dec.qui adhoc alia iura & deciſ.allegat in conſi. 82. col. 2. nu. 2. in primo vol. Et ad propoſitum dicebat Hoſtien.relatus per Ioan. Andr.in cap.præſentium.de teſtibus in 6.nu.16.in nouel.& in glo. ſua ſuper d.cap.ſuper uerbo (Interrogatoria) quod arguendi ſunt
12 iudices † qui committunt examinationem teſtium notariis ſimpli
13 cibus: † cum in propria perſona ipſos audire deberent, uel ad minus committere perſonis diſcretis idoneis, & honeſtis, allegando d.c.ſi qui teſtium.& c.primum.de conſangui. & affinit. ſubdens cum enim in probationibus ſit tota uis cauſę, potius deberent committere alia quàm teſtium examinationem, addens multa uerba
14 notanda † ſed quia id eſt onerosum ideo facile committitur: & per eos qui ſportulas exigunt, allegando iura de quibus ibi per eum in col.fi.& Bar.in authentica, apud eloquētiſsimum. C.de fid.inſtr. dicebat ſe credere de iure ciuili non poſſe demandari teſtium re-
15 ceptionem † non habenti iuriſdictionem niſi de uoluntate partiū: quæ uoluntas ſufficit ut ipſe probat ibi. Sed in additione ſeu ſecunda lectura ſubdit: quòd canoniſtæ uidentur dicere quòd examinatio teſtium poteſt committi etiam non habenti iuriſdictionē: ſi tamen iuramentum recipiatur a iudice, & interrogatoria examinentur, itaque examinator habeat nudum miniſterium examinatoris ſeu interrogatoris: ſubiungens, tu tamen ut iſta effugias, facias quòd commiſsio fiat de conſenſu partium: tunc enim poteſt indubitanter fieri non habenti iuriſdictionem. Addo uidendum

Francum

Francum in c.mulieres.de iudicijs lib.6.in ult.notab.in prima col. ubi hæc tangit & alia ad rem facientiá; Et inter cætera dicit, ꝙ electio tabellionis ſpectat ad iudicem & non ad partes, & quòd iudex poteſt committere tam examinationem quàm etiam iura-
16 menta teſtium, poſt Bal. quem allegat:& de hac materia † cui ſcilicet facienda ſit commiſſio receptionis teſtium, & quòd cum cauſæ cognitione fieri debet pſonis honeſtis & idoneis, & qui poſſint facere tales commiſſarios, uide ea quę leguntur & notantur per gl. & Doctor.in clement.prima, de offitio & poteſt. iudic. deleg. ubi
17 eſt bonus tex. docens iudices quæ conſiderare debent † circa qualitatem perſonæ cui ſit committenda receptio teſtium, & ibi Vitalin.in prin.ſuper prima gl.ſua notat, quòd talis cõmiſsio eſt facienda cum cauſæ cognitione & parte citata, † & quòd prius eſt ha-
18 benda cognitio de idoneitate & honeſtate examinationis, cui fieri debet dicta commiſſio. Et de iſtis uide etiam Fel.in c.cum cauſam de teſtib.in penul.colu.in uerſ.ſecunda concluſio num. 55.ubi pro regula ponit quod per iudcem etiam in cauſa ciuili deberent teſtes recipi, & allegat multas auctoritates, & rationes: & præſertim illam bonam iudicio meo, uidelicet quia probatio debet fieri iudici.l.quinquagint.ff.de probat.deinde ponit tres fallentias, & in
19 ſecunda dicit quòd quicquid ſit de iure hodie deductum eſt in cõ
20 ſuetudinem regularem: quòd iudex † committit hanc examinationem notario: propter multitudinem agendorum, dúmodo hoc fiat ex cauſa. Et ſubdit Angel. dicere per tex.in d.clemen.prima, quòd etiam ſine conſenſu partium poteſt talis commiſsio fieri. ſed ipſe Fely.inquit quòd contrarium tenet glo. & Bal. ac Gugliel.de Cuneo: in locis ibi per ipſum Fel.allegatis, ſub num. 57. Quamuis poſtea aliqualiter ſe inuoluat in progreſſu, maximè circa illud quod dicebat Bar.in dicta Auth. de conſenſu partium; inquiens
21 quòd † ipſe Bar.per modum conſilij id poſuit in dicta authen.ut legenti ſcripta illius de facili patere poteſt. Et nihilominus quam plures Doctores uidentur tenere quòd etiam de neceſsitate committi non poſsit talis examinatio Tabellioni, niſi de conſenſu partium, de quibus per Grãmat.in conſi.67.inter criminalia num.3.& 4.ubi dicit quòd de tali commiſſione debet apparere per ſcripturam manu alterius notarij, quàm illius qui examinabit teſtes uirtute commiſſionis, de quo uide latius Lamberthengũ ſuper ſtatutis Mediolani pag.366.num.43. cum pluribus ſequentibus circa

hunc articulum. An notarius commiſſionem ſibi factam de examinandis teſtibus poſsit ipſemet ſcribere: Et per ea quæ uidi arbitror quòd iſta magis ſit cõmunis opinio quòd requiratur con-
22 ſenſus partium.& † per conſequens ea ſit tenenda, maxime cum uideatur æqua & iuri conſona. Addo ꝙ prædicta eo magis locum
23 habere debent iſtis temporibus quibus plus ſolito † falſariorum & corruptorum teſtium eſt abundantia; ut inquit Papien.in Practica ſub d.Rubrica,forma opponendi contra teſtes.in gloſſ.Item falſarij &c. ſubdens unde de talibus non eſt habenda miſericordia: quia ſi locus falſis teſtibus & inſtrumentis relinquitur, nullus de ſtatu ſuo ſecurus erit: teſtis enim & tabellio falſus tres perſonas offendit, Deum, iudicem & partem ut in cap. primo, extra de crim.falſi. Hæc ille: Et nota ꝙ Papien. loquitur de tempore ſuo nam ab eo tempore citra maior copia falſorum & corruptorum teſtium ſuperuenit. Et ad ea quæ dixit Fely. in dicto cap. cum cauſam.uideatur. D.Alex in l.ſi quis autem.C.de teſtam.col.ſecunda num.2.& 3.uſque ad num.7.excluſiue,a quo ut arbitror Felyn.habuit maiorem partem eorum quæ ſcripſit in dicto cap.cum cauſam. Nam ipſe quoque dominus Alexander ponit regulam ꝙ teſtes non debent recipi per notarium ſed per iudicem. Et poſtea ponit fallen.& multas deciſ.& authoritates allegat in hoc articulo. Et propterea bonum eſſet in contingentia facti ad illum re-
24 currere: Aduertendum eſt etiam ꝙ receptio † & examinatio teſtium differunt inter ſe: adeoque commiſſa receptione non dicitur commiſſa illorum examinatio: ut firmat Abb.in cap.ſignificauit.in
25 4.notab.col.ſecunda.de teſtib.ubi ꝙ ſi admittitur teſtis † ad actũ iuramenti habetur tunc pro recepto. Et uide Fely.in ca.licet cauſam.de probat.col.3.in quinto notab, num. 14. quem citat Boſſ.in tit.de oppoſit.contra teſtes num.27.pag.440.ubi refert ipſum Fel.
26 in loco proxime citato, quærere an commiſſo † examine ſuper cauſa principali: intelligatur etiam commiſſum ſuper capitulis repro
27 batorijs teſtium.addo etiam quod licet ſtatutum † noſtrum ponat modum ſeruandum per notarium examinatorem teſtium productorum in cauſa ciuili:& non faciat mentionem de examinatione facienda per iudicem de perſona notarij examinatoris huiuſmodi. Nihilominus hoc de iure ſubintelligi debet: per ea quę habentur in dicta clemen.prima.de offi.deleg.& per doctrinam Hoſtien.& Io.Andr.in d.c.præſentium.de teſtibus.quia ſtatuta recipiunt

piunt interpretationem paſsiuam & ſuppletionem a iure commu
28 ni; & quia certe † examinare teſtes dicitur eſſe quid arduum:& q
requirit induſtriam perſonæ,argumento eorum quæ ſcripſit Me-
noch.de arbitr.iud.lib.primo quæſt.ſexageſima octaua, præſertim
29 nu.11.uſque ad & per totum nu.15.Magna enim induſtria † requi
ritur in examinatore in ea parte fungente uice iudicis:nempe quia
30 debet indicio ſui intellectus † percipere & dignoſcere qualita-
tem,ſtatum & conditionem teſtium examinandorum & quo vultu
31 quo colore,& qua trepidatione loquantur ut habentur in dicta.l.3.
in princ.ff.de teſtib.& in glo. ibidem , & an teſtes nimis animoſe
loquantur & an uacillent:&an conentur negatiuã affirmare;ut etiã
de iſtis habentur per Papien.in Practi.in forma opponendi contra
teſtes.in glo.uacilant,& in glo. ſatagunt. Nam uacillatio in actis
32 † eſt ſcribenda,quia eſt notabilis importantiæ & multum opera
tur: quandoquidem iudex non poterit unquam proferre ſenten-
33 tiam pro ea parte pro qua † talis uarians uel uacillans depoſuit:vt
per Marſ.in Pract.crimin.in §.diligenter num. 75. cui addo Rimi.
34 nal.in conſi.360.num. 25.in lib.2.& aiunt Doctores † quod talis
uarius & uacillans poteſt torqueri:ut per eundem Marſ. ſing. 103.
35 quod tamen limitatur ut non procedat in eo qui eſſet uarius &
36 contrarius † in modico:ut per Alex.in conſi.42.col.fi.3.uol.Secun
do limitatur quando eſt uarius ſuper negotio principali, ſecus ſi
ſuper acceſſoriis & appendicijs. Ita Boſſ.ſub tit.de tortura teſtium
fol.212.num.27.Præterea debet ipſe examinator ſiue ſit iudex ſi-
ue notarius cui commiſſa fuerit examinatio eſſe diſcretus ut co-
37 gnoſat † an uериſimiliter teſtis ſit ſu pectos : quia teſtes ſuſpecti
38 † debent pro uiribus intercipi ut inquit Bal.in l.1.§.idem labeo.
ff.de aq.pluu.arcen. & idem Bald.in l. prima §. editiones col. ſe-
cunda.ff.de eden.Et plene ac pulchre per Alex.conſi.91.in quarte
39 uol.col.penul.ubi quod dicuntur ſuſpecti † quando deponunt nõ
40 uеriſimilia:Item adde quando teſtis † ſe ingerit & comparet ad
deponendum non citatus.& ſimiliter ſuſpectus. Bartol. in l. ſi
oportet:ubi tamen ſe remittit.ff. de Tut.& Cur.dat. ab iis. & per
Marſil. in infinitis locis ſuis conſiliis, & maximè in conſilio tri-
geſimoquinto . in fine. ubi ampliat hoc uerum eſſe etiam ſi aliàs
teſtis eſſet omni exceptione maior. Et hanc opin.tenet Iaſ. in l.
ait prætor.la prima,in principio.de iureiurando ,numero ſeptimo
ubi plures deciſio.allegat.& ibi eſt bona additio,ſed dominus Ale

xan.

xan. limitat prædicta non procedere, quando teſtis eſt productus
41 † à parte uel monitus à iudice, Aymo etiam aliter limitabat dictã concluſionem.in conſi.13.in ſecunda col. ut non procederet quando teſtis eſt talis, qui cogi poterat: Nam licet non fuerit coactus tamen ſatis dicitur inuitus deponere ſtante potentia cogendi, & Neuiz.in conſi. 8.num.42.& ſeq. aliter limitabat dicens, ꝙ quando teſtis uenit de longinquo ſatis dicitur, & præſumitur inuitus, & coctus, ſubdens ꝙ ſatis eſt ꝙ fuerit requiſitus à parte, & ad illius inſtantiam acceſſerit ne dicatur ſe ingerere. Dicebat tamen Boſſ. in titu. de oppoſit.contra teſtes, quòd poteſt opponi contra eos ꝙ quando pars illos introduxit, & obtulit ſine citatione iudicis, allegat Salyc.& Felyn.ac alios de quibus ibi per eum ſub nume. 30.& 31.pag.440. qui Boſſ.ſub.d.tit. multa ſcribit in hac materia reprobationis teſtium. Et ad propoſitum de teſte ſe ingerente quòd di-
42 catur ſuſpectus, putarem diſtinguendum † illud eſſe uerum in cauſa criminali, ſecus autem in cauſa ciuili, in qua putarem eſſe ſequendam opin.d.Alex.Crauet.& Neuiz. in alio quoque poteſt di-
43 ci uerſari induſtriam Notarij examinantis † uidelicet ut non fu-
44 giat laborem † in ſcribendo dicta teſtium, extenſe, clarè, & apertè. Nam Hoſtien.in c.nihil.de verb.ſignif. reprehendit quoſdam no-
45 tarios † qui ex pigritia ſcribunt dicta teſtium hoc modo: dixit in omnibus & per omnia, ut alius teſtis proximus. Nam male faciũt ſecundum eum, quia refert Andr.Sicul.in conſil.11. in 6. colum.in 4.uol.in uerſ.Nunc uero capio fol.32.ubi idem Sicul.infert ꝙ talis teſtis cuius dictum non eſt extenſum a notario, ſed modo quo ſupraſcriptum ponit obſcuritatem & dicitur ſuſpectus, quia dicitur
46 depoſuiſſe † per eundem meditatum ſermonem, & ꝙ merito apertiſſime comprehenditur falſitas. Et dicebat Probus in additionib. ad Monachum ſuper ca.præſentium de teſtibus lib.6.in col.fin.ſub num.36. ꝙ ipſe habet, ꝙ non ſolum ſingularitas reprobata dicitur, ſed etiam ipſa concordia in teſtibus reprobatur: quia non debent deponere per eundem præmeditatum ſermonem, allegat Barto.& Deci.in locis ibi per eum citatis, qui Deci. bene loquitur, alios ad hoc allegans, & eſt in conſil. 448.num.24. & Dom.Andreas Sicul. in d.conſi. 11.ad hoc etiam allegat d.Anton.in d.c.nihil. dicentem
47 ꝙ eſt neceſſarium ꝙ notarius ſcribat per extenſum † alias non probaret dictum teſtis: quaſi per omnia proferat eundem meditatum ſermonem. allegat etiam Specul.dicentem, quòd curia Romana reprobat

48 probat talem modum ſcribendi dictum teſtis abbreuiate,& modo quo ſupra,& ꝙ Clemens Quartus tale teſtimonium non admittebat,& licet Bal.in l.ampliorem. §.in refutatorijs.C.de appel.tenuerit ꝙ de conſuetudine quæ(ſecundum eum ſeruatur) ualet dictum teſtis ſic abbreuiatũ, & non extenſum ut ſupra: tamen Fely.in cap.
49 cum in tua.nu.5.de teſtibus † tenet ꝙ cõmunior opinio eſt quòd non ualet, quamuis ſubdat ꝙ alia eſt æquior: Sed ego teneo ꝙ magis æqua ſit illa opinio Hoſtien. & D.Anton. ac Papæ Clemen. & aliorum quibus non placebat dictum teſtis fuiſſe ſcriptum abbreuiatè,& illud non admittebant: quam etiam ſequtus fuit Iaco. Egid.in d.tractat.ad reprobationem teſtium.in quinta colum. iuxta magnam impreſſionem in uerſic. reprobantur in unum,& eundem ſermonem &c. ubi clarè dicit; ꝙ malè faciunt Tabelliones, qui non ſcribunt dictum teſtis extenſum,& longum,ut ipſe teſtis dixit uolentes euitare laborem,& ratio poteſt aſſignari iudicio meo,q̃a
50 multotiens ex narratione † facti facta per teſtes,† deprehenditur contrarietas illorum, & diſcordia ac uariatio, propter quas dicta
51 ipſorum teſtium non attenduntur, & illis fides non adhibetur,ut tenent Doctores ubique de hac materia loquentes.Quinimò dicunt quòd non ſufficit,ꝙ teſtis recitet factum taliter qualiter,ſed quòd
52 † eſt neceſſe ꝙ plenè illud recitet, & explicet totum,alioquin eius dictum nihil ualet.Iaſ.in l.ſecunda,C. de bonorum poſſ. ſecundum tabulas num.16.& ꝙ aliàs ei plenè non creditur firmet dom. Alex.
53 conſi.33. in tertio vol. dicens etiam ibi ꝙ teſti deponenti † per iſta uerba (ſi bene memini) nõ dicitur plenè recordari: & ideo ſequitur ꝙ ei non credatur,& idem dicit in conſi.88.in quarto uolum. in fin. & uide Riminal.antiquum in conſi.65.primo uolum.nu.vndecimo, Et prædicta inſeruiunt ut uideri poſſit,& cognoſci per iudicem nun
54 quid teſtis† malitioſè,uel obſcurè loquit:quia tunc non ſolũ ei nõ
55 eſt credendum. uerũ ẽt non ualet eius atteſtatio † niſi iterum deponat, & dictum ſuum declaret, claritas enim requiritur in dicto teſtis,Spec.in tit.de teſte.§.primo,uerſic.item ꝙ teſtis obſcurè uel confuſè dicit &c. adde glo.in c.ſi teſtes. §.ubi numerus.uerſi.item in teſtibus conſiderandum eſt &c. quarta quæſt.3.Et etiam poteſt puniri tanquam falſarius,ita dicit Bart.in l.ea quæ commendandi. ff. de contrahenda emptione. & in l. præſcriptione in final. uerbis. C.ſi contra ius uel utilitatem publicam.ubi etiam Iaſ. num. 3.& dicebat Riminal.in dicto conſ.65.ꝙ teſtificatio eius,qui non plenè

narrat

56 narrunt factum † & aliquid de ſubſtantialibus omittit uitiatur. Præterea, ex plena narrationi facti deprehenditur an teſtis deponat ueriſimilia uel non: quia ſi deponit non ueriſimilia eſt ſuſpectus, ita Alexan. in conſil. 91. in quarto uolum. colum. penul. (vt dixi ſuprà.) Ex alio etiam dictum eſſe neceſſaria: nempe quia ex ip-
57 ſa plena narratione facti deprehenditur † an teſtis nimis animoſè & cum affectione ad partem producentem deponat: quia etiam iſto caſu dicitur eſſe ſuſpectus: ut per Boſſ. titu. de oppoſitionibus
58 contra teſtem nume. 25. pag. 440. ubi de teſte † præcipitanter reſpondente uel nimium tarde, & per dictam plenam narrationem facti ſcriptam extenſum ut ſupra poſſent etiam an alia colligi quę
59 fidei teſtis detraherent: puta quòd eſſet nimis verboſus † contra quem præſumitur: ut per Specul. in dicto §. primo, uerſi. item quòd
60 eſt uerboſus num. 15. uel poſſet colligi † quòd diſcordaret ab alijs de loco tempore, & perſonis, & an teſtes eſſent contrarij uel diuerſi inter ſe: ut per eundem. in d. §. primo, uerſic. item quòd teſtes diſcordant num. 8. & in uerſi. item & quòd teſtes ſunt uarij &c. poſſet
61 etiam colligi † quòd non reddiderint cauſam dicti ſui quamuis interrogati: uel quòd reddederint minus ſufficientem & ineptam ut per eundem ubi ſuprà uerſi. item ꝙ interrogatus non reddit &c. ut per Dec. in conſi. 37. nu. 6. viden. & dicebat Craue. in conſi. 115.
62 nume. 9. quòd interrogatus de cauſa † ſi illam non reddit dicitur deponere tamquam pecus & non facit præſumptionem: ſed econ-
63 uerſo ille † qui reddit cauſam dicti ſui ubi non eſſet neceſſe præfertur alijs cauſam non reddentibus, firmat Riminal. in l. prima, in princip. colum. 5. de nou. oper. nuntia. & eſt notandum in propoſito unum pulchrum dictum Aretin. conſil. 61. in fine. ubi ait quòd te-
64 ſtes rationem † non concludentem ſed veriſimilem reddentes coram arbitratore ſufficiunt. Et tamē ſciendum eſt in hac materia ꝙ
65 regulariter ualet dictum † teſtis nudum, & ſine cauſa expreſſa ſi non fuit interrogatus: ut notat gloſſ. ſecunda in ca. ſicut nobis. de re iud. Et colligitur ex dicto conſi. 37. Decij in loco ſupra citato. Quę regula fallit in pluribus caſibus quorum aliquos hic adducere volui.

66 Et primò fallit in criminalibus in quibus teſtis debet † cauſam dicti ſui exprimere, etiam ꝙ non fuerit de illa interrogatus notat Marant. in ſuo Spec. fol. 69. nu. 8. cum duobus ſequentib. ſecundum magnam impreſſionem, Craue. d. conſil. 115. nu. 10. Marſil. in ſing.

ſing.658. ubi declarat procedere iſtud quando teſtis eſt examinatus ad offenſam, ſecus uerò ſi ad defenſam, quia probat etiam ꝙ non reddat rationem dicti ſui non interrogatus, & idem tenuit in ſingul. 621. & in practica criminali.§.diligenter num.31.cui addo Bertran.in conſi.188.in ſecundo volum.colum. 1.

67 Secundo fallit quando † agitur de probando aliquid quod percipitur ſolo iudicio intellectus: prout quando agitur de probando aliquem furioſum uel dominum,uel diuitem,uel mortuum,& ſic in ſimilibus:ut per Maran.loco ſupra proxi. citato: Vbi etiam ponit unum notabile in practica,videlicet, quòd uigore unius teſtis non

68 reddentis † cauſam dicti ſui etiam non interrogati, non poteſt deferri iuramentum ſuppletorium.

Tertia in his quæ percipiuntur potius ratione mentis uel peri-

69 tiæ † quam ex ſenſu corporis: quia deponens de & ſuper iſtis non probat: niſi reddat rationem dicti ſui etiam non interrogatus: ita Dom.Alexander in conſil. 183. colum.ſecunda,in 7.uolum.quod nota in practica contra peritos qui quotidie a partibus,uel per iudices in cauſis eliguntur, & idem d. Alexand.in dicto conſil.in colum.fin. dicit idem eſſe ubi agitur de probando ualorem fundi uel equi.

Quartò fallit ubi agitur de probando ætatem alicuius ex aſpectu,ut firmat Alexan.in conſi.29.colum.prima,nume. primo,in 7. uolumine, ubi in diſcurſu dicti conſilij, habentur plura in materia teſtium.

Quintò fallit in probando conſuetudinem,Dec.conſ.215.uol.3. in fine.

Sextò fallit in probando intereſſe; ut per eundem Dec.in l.quatenus.ff.de reg.iur.nu.5.

Septimò fallit in probando notorium,& famam,idem Deci.in c. conſulit.el primo, de appell.

70 Octauò fallit quando teſtis deponit † ad reprobationem inſtrumenti.Crot.in d.tract.de teſtib.fol.19.ubi poſuit plures alios caſus in quibus teſtis tenetur reddere rationem dicti ſui, etiam non interrogatus, quos non refero breuitatis cauſa, cum ibi uideri poſſint.Et iſtam ultimam fallentiam tenet Dom.Alexan.in conſi.190. in ſexto uolum.num.23.in fin.dicti numeri. Et ex iſtis rationibus ſupra per me deductis, & ponderatis fortè moti fuerunt ſtatuentes noſtri,ad diſponendum;quòd ipſe examinator teneatur ſcribe-

71 re proprie manu, omnia uerba † teſtium, nec poſſit id alteri com-
mittere,nec ſub breuitate , uel ſummatim eos examinare , ſeu in
ſcriptis recipere : ſed ſeriatim teneatur: antequam teſtis diſcedat
inde, de uerbo ad uerbum eius dictum prout depoſuerit , in ſcri-
ptis redigere. Et quòd ſi aliter, uel alio tempore facta fuerit exami
natio uel depoſitio teſtis ſcripta uel extenſa, non ualeat ipſo iure :
ut in ſtatuto de receptione & examinatione teſtium productorum
in cauſa ciuili . in §. teneatur &c. Et intelligit dictum ſtatutum, ꝙ
72 † notarius actorum ſit ille, qui teneatur prędicta facere: ſubdens ꝙ
alius notarius teſtes recipere ſeu examinare non poſſit aliquo mo
do loco uel tempore, niſi ſibi committatur à ſtatuto iudice , uel of-
ficiali : in caſu eidem per ipſa ſtatuta, uel de iure permiſſo, uel de
partium uoluntate, uel ipſo notario actorum ex aliqua cauſa ueri-
ſimiliter impedito arbitrio iudicantis , uel ipſis partibus diſcordan
tibus ,datis ſuſpectis à partibus,* & extra numerum ſuſpectorum
fuerit aſſumptus . Et ꝙ præſumantur teſtes, de iudicis uoluntate
examinati, niſi probetur contrarium, quæ commiſſio fieri non poſ-
ſit alicui minori uiginti quinque annis , & qui non ſit de ſocietate
notariorum ciuit. Bonon. ſed dictum ſtatutum non obſeruatur in
73 practica & malè: quia notarius actorum regulariter non examinat
teſtes , ſed partes litigantes pro libito ſuæ uoluntatis eligunt pro-
pria authoritate examinatores, unum uidelicet pro qualibet par-
te, qui licet ſit notarius, & in ſocietate notariorum Bonon. deſcrip-
tus : tamen non eſt deputatus à iudice, nec per iudicem examina-
tus ſuper idoneitate, nec procedit aliqua cognitio ſuper fide, lega-
litate, ac uita, & moribus ipſius examinatoris, propria authoritate,
ſe ingerentis & ſibi aſſumentis tale officium maxime importantiæ,
ut patet ex prædictis . Et ꝙ peius eſt, nec etiam ipſi examinatores
huiuſmodi ſcribunt manu propria dicta teſtium, ſed uolunt ſibi de-
putari copiſtam (ut aiunt) qui illa ſcribunt : puta aliquem ſub-
ſtitutum notarij curiæ actorum uidelicet, puerum uel adultum, &
multotiens non notarium , qui ſub dicto examinatore illa dictante
ſcribit dicta ipſorum teſtium examinatorum , dum interim nota-
rius actorum uadit ſpatiatum , abſque eo ꝙ etiam per horam uel
mediam uelit ſiſtere ad ſuum pluteum , ſeu ſcabellum (ut aiunt)
quæ res profecto indignè tolleratur in hac ciuitate, quæ eſt mater
ſtudiorum & deberet eſſe mater bonorum morum, & optimæ pra-
cticæ iudicialis . Non ne ſtantibus præmiſſis apparet unicuique

maximum periculum reuelationis, & publicationis atteſtationum ipſorum teſtium, quæ de facili fieri poſſent partibus producentib. & aduerſarijs cum dictæ atteſtationes tranſeant per tot manus talium perſonarum de quorum legalitate,& fide nulla habita fuit cognitio per iudicem,& quarum aliquæ fortè non animaduerterent, quid,& quantum importet reuelatio, & publicatio teſtium ſecretorum, & hæc tranſire non poſſunt † abſque culpa iudicum omittentium eligere & deputare examinatores idoneos legales, & fide dignos,ut docent Hoſtien.& alij ſupra allegati. Ad quod uideas etiam Ruinum,in conſi.149.numero.12.in 5.uol.ubi bene loquitur de iſta deputatione ad receptionem teſtium. Non omitto unum notabile dictum in practica Bald.quod ſcripſit in rubrica de controuerſia inueſtituræ in ſecunda colum.nume. 7.in Vſibus feudorum,

74

75 uidelicet ꝙ in grauibus cauſis † ſeu quæ delegari non poſſunt,debet iudex perſonaliter examinare teſtes. allegat capi. a nobis, qui matrimonium accuſare poſſint,& notata ibi:ubi Hoſtien.Io.Andr. & cæteri ſcribentes notant per illum tex. iudicem teneri per ſe examinare teſtes in cauſa matrimoniali, quæ eſt cauſa ardua,ut intelligit Bal.loco ſupra proxi.citato, allegando illum tex.in quo caſus habetur in cauſa matrimoniali. Et videatur Dom.Præpoſit.in d.c. nobis in glo.fina.ſub num.3. qui ſequitur Hoſtien.& Ioan.Andr.&

76 in eo loco tangit illum † articulum an, & quando quis poſſit deponere per ſcripturam tradendo illam iudici: & an poſſit deponere per procuratorem, ad id conſtitutum. Et de illa quæſtione. An teſtis poſſit deponere in ſcriptis:uide Barto.in l. Theopompus.circa fin. uerſic.quæro an teſtis.ff.de dote prælegata num.12. in parua impreſſione.ubi in apoſtilla ſub litera. C.habetur; An poſſit per procuratorem uel nuntium deponere.Et ibi idem apoſtillans quiſquis fuerit, dicit ſe uidiſſe aliàs conſilium Do. Ludouici pro parte affirmatiua: pro qua dicit fuiſſe deciſum per dominos de Rota qđ conſilium forte eſt 204.& incipit pro diſcutiẽda ueritate: ubi idem d.Ludouicus Roman.in ſecunda colum. in uerſic. reſpondetur, inquit, quòd ut dictum teſtis ualeat oportet cum uiua uoce loqui: non autem id quod deponit in ſcriptis iudici præſentare, ſubdens licet contrarium ſenſerit Bar.in dict.l.Theopompus.ff.de dote prælegata, & non bene, quoniam pro prima opinione eſt caſus in l.3. §.item diuus.ff.de teſti. & de iſtis ſcribit d. Abb.in d.c.de teſtibus. in quinta colum.num.10.verſic.vltimo quæritur hic,extra de teſtibus.

bus. & ibi reprobat dictam doctrin. Bar. & reſpondit ad d. l. Theopompus, dicens ſe putare hoc dictum Bart. eſſe de directo contrà cap. teſtes. ibi per eum allegatum. & dicebat Dominic. de ſancto Gemini. in conſi. 142. in cauſa prioris &c. colum. ſecunda, in fin. nu. 4. ꝙ teſtimonium ualentis loqui non ualet in ſcriptis, & allegat decis. Ioan. Andr. & Specu. & ſic in effectu concluditur tales practicas non ualere, & admitti non debere ea ſcilicet ratione, quia iudex debet uidere quo vultu, quo colore, & qua animi trepidatione teſtes deponant iuxta ſuperius dicta & ſcripta in d. l. 3. ff. de teſtibus. Sed aduerte: quia illa concluſio Doctorum, de qua ſuprà, quæ habet ꝙ teſtis non poteſt deponere per ſcripturam tradendam iudici per ſuprà allegata, & per tex. ad literam in c teſtes. 3. q. 9. in prin. fallit in aliquibus caſibus.

Et primo in muto ut per Abb. poſt Spec. quem refert in d. c. de teſtibus, ſub d. nu. 10. & per Gemi. d. conſi. 142.

Secundo fallit ubi conſuetudo patriæ aliter diſponit, quæ probationem licet de iure inualidam poteſt ualidam efficere: ut inquit Roman. in d. conſil. 204. colum. ſecunda, uerſic. hæc autem uera ſunt &c. ubi allegat tex. in c. cum dilectus. de fid. inſtrum. ubi dicit eſſe caſum, & hanc fallentiam tenuit apoſtillans ad Abb. loco ſupra proxi. citato, ubi dicit quòd communiter ea practica ſeruatur in ciuita. Venetiarum.

Tertiò fallit ubi ambæ partes ducerent ad iudicium ſcribentem geſta inter eas, ut uoce proferret ea, quæ ſcripſit. Nam tunc ipſe ſolus faceret plenam fidem: ut per Roma. loco ſupra citato purum ante.

77 Quarto fallit † in peritis electis per iudicem ad uidendum aliqua, ad eorum peritiam pertinentia, & deinde ipſi iudici referendo: quia quotidie uidemus in practica quòd ipſi ſuas relationes in ſcriptis faciunt, & iudici tradunt, qui illas admittit, debent tamen iurare de ueritate ipſarum relationum. & firmat Bart. in d. l. Theopompus, & eſt communis opin. & ita practicatur, & firmat Felyn. ca. propoſuiſti. de probationibus. colum. 4. num. 15. uerſi. tertia con-
78 cluſio, ubi inquit ꝙ debent iurare † ſolum de credulitate, deponentes de peritia artis ſuæ: quia talis atteſtatur de credulitate, & ſubdit, ꝙ iſta concluſio fallit niſi deponeret ſuper re perceptibili non ſolum iudicio intellectus ſed etiam aliquo ſenſu corporeo: quia tunc tenentur iurare non ſolum ꝙ ita credat, ſed quod ita ſit. Dein

de

de ponit aliàm fallentiam ſecundum ad dictam concluſionem, quæ
79 eſt ꝙ periti teneantur iurare, ut procedat † niſi à partibus de com
muni conſenſu eſſent aſſumpti: quia non expedit ꝙ iurēt: nam ubi
fides alicuius eſt approbata ab utraque parte, non requiritur quód
dictum illius ſit iuratum, ut probant dicta per Roma. in d.conſi. ſu-
pra proximè allegato, aliàs etiam fallentias ponit idem Fely. in lo
co ſupra proxime citato, uſque ad numerum 19. excluſiuè ut ibi
80 uideri poteſt, ubi inter alia ponit caſum, quando iudex † uelit pro
prio motu ſe informare ad dictum periti: quia tunc non oportet,
ut interueniat iuramentum, de quo etiam per eundem. in ca. ſecun-
do, de teſtibus. in 3. colum. num. nono, uerſic. ſecundo limita, quod
not. in practica tu iudex: quia quando uis capere informationem
tuo motu proprio ſuper idoneitate ſeu uita & moribus alicuius,
uel aliàs ad tui informationem, non eſt neceſſe, ꝙ interueniat iura-
mentum nec citatio partis, iuxta prædicta, & hoc poſſet tibi ſæpe
contingere de facto. Ad aliud etiam eſt aduertendum per iudicem
81 quia aliquando ab uno ex litigantibus erit requiſitus, ut recipiat,
& examinet teſtes abfuturos, & quos ipſe requirens aſſerit uelle
incontinenti recedere, & non eſſe in breui reuerſuros, & poſſe dubi
tari de morte ipſorum, ut ueriſimiliter dubitari poteſt de quolibet
uiatore & peregrino, & per conſequens ſubeſſe periculum, ne ſibi
pereant probationes, quo caſu ſeruatur in practica, quòd iudex
82 committit partem aduerſam citari pro incontinenti, ad uidendū
teſtes abfuturos iurare, tam ſuper abfuturatione quam tota cauſa,
ac illos ſucceſsiue recipi & examinare ſuper articulis datis, uel
quæ tunc dant, & ad dandum eius interrogatoria, aliàs &c. & in ter
mino ipſe iudex illos recipit, & examinat, ſeu examinari faciat per
notarium cauſæ uel examinatorem, iuxta prædicta, incontinenti
ſuper dictis articulis, & parte comparente etiam ſuper interroga-
torijs, etiam ante litem conteſtatam. & licet articuli ſint obiectiui
83 † & forte non admiſsibiles: ut per Dominos de Rota deciſio. 394.
incip. ſi ſuſpenſo petitorio &c. in nouis, quod ampliatur etiam ha-
84 bere locū iudice, ad quem eſt appellatum † a grauamine antequā
cognouerit de ipſo grauamine: ut per eoſdem dominos deciſio. 59
incip. Nota ꝙ ubi eſt appellatum &c. in antiquis: Et iſta practi-
85 ca deſumitur † ex notatis per glo. in l. in lege aquilia ſi deletum.
ſuper uerbo (qui teſtes) ibi, uel aduenæ, cito receſſuri. ff. ad l. Aqui.
ex tex. cap. quoniam frequenter. §. 1. ibi, uel abſentia diuturna: ex-

G tra,

86 tra,ut lite non conteſtata:& illa præcipuè † ſeruatur in curia Roma.ut uidi dum ibidem pluries fui:ut etiam atteſtatur Veſtrius in ſua practica iudiciorum lib.6.fol. 120.uerſ. Rurſus finge. ubi ponit practicam illius loci,ex cuius dictis ampliantur prædicta procedere ybi pars non eſſet citata quod eſt ualde notandum. Ad-
87 dens etiam circa finem dicti verſ.ꝙ à dictis teſtibus abſfuturis † duplex iuramentum exigitur,unum ſcilicet de futura abſentia: aliud uerò de ueritate dicenda: in qua materia ad ipſum Veſtri. in loco prædicto eſſet reccurendum quando caſus occurreret.Et in ſpecie eſſet aduertendum ad vnum quod ipſe dicit, videlicet quod ſi po-
88 ſtea teſtes † ſuperuenirent in loco iudicij ita quod poterit ordinariè examinari, talis examinatio prior facta de illis tanquam tunc abſfuturis non probaret:ſed duntaxat fumum faceret puta ad obtinendum remiſſoria:ut ille ait. Et dicebat Papien. in practica ſub rubrica,forma producendi teſtes ad perpetuam rei memoriam fol.58.iuxta paruam impreſsionem in uerſ. uel abſentia, ꝙ illa eſt ſufficiens cauſa,ut teſtes admittantur in caſu prædicto: allegat d. cap.quoniam,& Spec. in tit.de teſte. in §. nunc tractemus: Erit etiam iudex aliquando requiſitus, ut recipiat & examinet ſeu examinari faciat teſtes ad perpetuam,ſiue æternam rei memoriam: ex
89 alijs cauſis quàm ex cauſa abſentiæ † puta ex eo quia teſtes informati de iure ſuo,ſunt ualetudinarii, uel aliàs ſenio confecti. de quorum morte uериſimiliter dubitari poteſt,ut dicitur in dicto ca. quoniam frequenter.in dicto.§.primo,ut per gl.in d.l.in lege aquilia; loco ſupra citato.cum quibus concordat tex. in cap.cum dilecta.§.uos igitur.ubi glo. allegat concordantia extra,de confirma-
90 tione utili uel innutili: quo caſu officium iudicis erit † animaduertere ad inducta. Et primo, an ille qui petit dictos teſtes ſic examinari ſit poſſeſſor,uel ſit futurus petitor, & in effectu talis, qui poſſit quandocunque pro libito ſuæ uoluntatis tunc petere:quia ad inſtan.poſſeſſoris timentis forſan aliquando moleſtari poſſunt per iudicem tales teſtes recipi & examinari: ſecus uerò ad inſtantiã illius qui poteſt petere quandocunque.ita diſtinguit Ang.in l.ſi quis libertatum.§.primo,ff.de petit.hæred.& latius per Fely.in cap. ſignificauit.de teſtibus col.2.uerſ.prima concluſio. num. 6.ubi reſpondet cuidam tacitæ obiectioni,& ideo uidendus eſt. Et clarius ſequitur Rol.in conſi.23.ſub num.15.cum ſeq. qui omnino uidendus eſt. Secundo animaduertat: ꝙ licet teſtis ſit uerè infirmus: & ueri-

91 & uериſimiliter citò moniturus,ad hoc ut probet † debet de hoc cognoſci per iudicem,& ſuperinde interloqui parte citata:ita Rimin.in conſi.428.in 3.uol.ubi uide appoſtillam D. Hippol. ſub litera E. et firmat Rol.poſt alios quos allegat in ſuprallegato conſi.23.col.4.uerſ. Quarta concluſio.in 3.uol. Tertiò aduertat iudex
92 quia iſti teſtes ſunt producendi, & examinandi † coram iudice qui eſſet iudex competens ipſius rei: ſi contra eum producerentur uia ordinaria,allegatur tex.in d.cap.quoniam frequenter:ut per Papien.in Rubr. ſupra proxime citata num.primo,in fin.dicti numeri.& per Fely.in dicto cap.ſignificauit num.2. ubi hoc notat ex eodem tex.poſt d.Card.ibi.& eſt appoſtilla ſub litera. B, in qua allegatur Soc.in conſilijs,& latius ac plenius per Rol. poſt multos, quos allegat in d.conſi.23.col.3.uerſ.ſecunda concluſio.Caſt.num. 18. Et ad iſtam materiam teſtium examinandorum ad æternam
93 rei memoriam & quando examinari † poſsint: uide Menoch. de arbitr.iud.lib.2.caſu.60.& ſequen. Et uide Porti.in conſi.29. ſa-
94 tis ample ad oſtendendum nullitatem examinis iam facti † ad perpetuam rei memoriam: per ſuffraganeum patauinum: pro ut etiam ad impugnationem ſcribit Rol.in d.conſi. 23.Et Porti.in dicto conſilio etiam quærit coram quo iudice poſsit cognoſci,& tra-
95 ctari † de nullitate examinis huiuſmodi teſtium: Vltimò non omitto unam notabilem deciſionem DD. de Rota, quam ponunt in deciſ.109.in antiquis,& quæ continet caſum, qui poſſet occurrere. Videlicet quòd lite pendente in curia, poteſt ordinarius in
96 partibus † teſtes de quorum morte dubitatur, uel propter aliud impedimentum ad cautelam recipere: propter periculum & neceſ-
97 ſitatem,quæ inducit quòd aliquando † a iure communi denietur & extraordinarie procedatur: ſubdentes hoc eſſe uerum, ꝙ ualet dicta receptio ſic facta,ita demum ſi poſt receptionem non poſſet haberi copia teſtium: ſecus ſi haberi poſſet:quia tunc receptio illorum facta ab eo, qui non habebat poteſtatem recipendi non ualeret:ſed danda eſſet remiſsio per iudicem cauſæ ad partes, ut habetur in dicta deciſ.& ſic in effectu prædicta omnia ſunt benè notanda per iudicem. Et in fonte uidenda,ne erret,quando caſus occurreret: Sciendum eſt etiam ꝙ in alio caſu non multum diſsimili caſib.prædictis:nec longe diuerſam rationem habente,poterit iu-
98 dex † citata tamen parte,recipere & examinare ſeu examinari facere teſtes,ſuper iure inducentis illos & timentis,ne proceſſu tem

poris probationis copia ſibi depereat:iuxta tex.cum ibi notatis in c.ſignificauit.de teſtibus:& unum exemplum habetur per Cagno. in repet. l.2.C.de pact.inter empt.& uendit.num.139.q.34.quam uide,nam inter alia dicit non ſufficere factum fuiſſe tale examen à notario:niſi conſtet de commiſsione, & qualis citatio tunc requiratur docet remiſsiuè ad Soc. & Curt.in locis per ipſum ibi citatis:& iſte caſus differt in pluribus,ab alijs caſibus prædictis: Videlicet quãdo inſtatur pro teſtibus ab futuris, uel pro illis de quorum morte dubitatur:& quòd hoc ſit uerum uideatur glo. adducens plures differentias inter iſtos caſus in d.ca.ſignificauit.in glo. ſecund. quæ eſt ſuper uerbo (idoneos) & ibi per Do. Abba. ſuper dicta glo.in 2.col.num.3.& in alijs col. ſequentibus: ubi de materia dictorum omnium caſuum latè ſcribit, non referant breuitatis cauſa. Et ſi uis uidere plures caſus in quibus poſſunt examinari
99 teſtes † abſque citatione partis,uide Fely.in d.cap.ſecundo,de teſtibus: ubi quatuordecim caſus cumulauit : Vnde uides; quòd Lud.Rom.qui recollegit ſeptem caſus in quibus poſſunt examinari teſtes ſine citatione partis,& poſtea dixit in fine , ſi ſe ne trouate altri cauatime gli occhi,loquendo nonnullis ſcholaribus: quorum unus ea die rogauerat eum , ut colligeret caſus in quibus non requiritur citatio ad examinationem teſtium (ſi uiueret † poſ
100 ſet lucere pœnam quam ſibi impoſuit: ut inquit Corſet .in nota. ſuis,ſub uerbo(teſtis)in notab.incip.in loco,ubi aliquis patitur aliquem caſum &c.quia ipſe Corſet.ibi poſuit duos caſus, unum expreſſum & alium remiſſiuè: in quibus ſine citatione partis teſtes examinari poſſunt,alios duos poſuit Marſil.in ſing.ſuo 24.& in ſingul.211.dixit quòd propter neceſsitatem, & ne probationis copia pereat poterunt examinari coram iudice incompetenti,qui facient fidem coram competenti:ſi poſtea copia illorum haberi non poſſet,ſecus autem ſi haberi poſſent,& examinari coram iudice cõpetenti Et multos alios caſus ponit Marſil.poſt Lud.in d. ſing.in repet.l.de uno quoque.ff.de re iud.col.15. uerſ. ſed ultra eum &c. Et aliquid circa prædicta ponit Petr.Gerard.in ſingul.ſuo ultimo & pro cõplemento huius capitis:hortor iudices,ut pro debito eorum officio uelint per ſe ipſos,& non per aliam interpoſitam perſonam teſtibus qui coram ipſis iudicibus ſe præſentare & compare-
101 re tenentur † deferre iuramentum , de ueritate dicenda,& ad id illos mouere etiam ſub comminatione pœnæ a iure ſtatutæ teſtibus

102 bus falſa deponentibus. Et benè ac diligenter conſiderare † eorũ
perſonas, vultus, & fiſiognomias, & qualiter, & qua reuerẽtia ad ta
le iuramentum ſuſcipiendum accedant, & in quibus locis habitẽt
& cuius nationis ſint: quia iſta omnia & ſingula poſſunt imprime-
re in animo ipſius iudicis aliquas opiniones propter quas poſſet
inclinare animum ſuum ad dandum uel non dandum fidem ipſis
teſtibus. Et memini audiuiſſe à quodam practico, ꝙ cum emanaſ-
ſent ab auditore Rotæ ſacri palatij apoſtolici, literæ remiſſoriæ pro
examinandis teſtib. in partib. remotis, in quadã cã ardua, & induce
rentur teſtes pro parte illius, qui obtinuit remiſſoriãs, uiles, & abie
ctæ pſonæ, cum ueſtib. attritis, & malæ fiſiognomiæ, & cum qui-
buſdam pileis ligneis: aduerſarius illius inducentis, curauit dictos
103 teſtes † per pictorem depingi in præſentia iudicis remiſſoriæ,
& illorum imagines remitti ad curiam in dictis literis remiſſorijs
incluſas, ad hoc ut iudex cauſæ principalis facilius poſſet opinari,
quæ & quanta fides adhibenda eſſet talibus teſtibus. Et illud quod
dixi ſuprà de iuramento deferendo per ipſos met iudices teſtibus
& de monitione eis facienda, & de comminatione ut ſupra, dico
quo ad peritos per partes uel per ipſos iudices eligendos propter
identitatem rationis. Aduertant etiam iudices ad unum aliud
quod eſt notabilis importantiæ. Nam iuramentum prædictum
104 teſtibus deferendum per ipſos deferri † debet, ita, ut non ſolum
iurent dicere ueritatem ſuper articulis productis per inducentes
ipſos teſtes: uerum etiam ſuper tota cauſa, ut communiter tenent
poſt glo. Bal. Salyc. & alij ſcribentes in authentica, ſed iudex. C. de
epiſc. & cler. & glo. & Doctores in cap. fraternitatis. de teſtibus, &
dicit Bal. ubi ſupra, ꝙ ita ſeruat conſuetudo. & idem Bal. in l. preſ-
byteri. C. de epiſco. & cleric. ponit ad literam formam huiuſmodi
iuramenti, & idem tenet Papien. in practica ſub rubr. formæ iura-
menti teſtium. in uerſic. ſuper tota cauſa. & in uerſic. dicere uerita-
105 tem, ubi inquit, quòd ad hunc finem inducuntur † teſtes ut ueri-
tatis teſtimonium perhibeant pro utraque parte, & per eorum re-
ctum & iuſtum iudicium fundatum ſuper aliquo proprio, & prin-
cipali ſenſu corporis, uidelicet: uiſu, tactu, adoratu, guſtu, uel audi-
tu, non autem ſuper alieno, & ut latius ibi per eum. Et hanc opi-
nionem poſt Bar. ſequuntur Alex. & Iaſ. in l. ſi duo §. primo, de iure
iuran. Et ideò ſtante iſta practica, de qua etiam per Neuiz. in ſilua
nuptiali lib. quinto, fol. 232. num. 119. infertur ceſſare quæſtionem

Bart. & Doctor.in l.prima,ff.ſi cert.peta.tenentium, ꝙ ſi teſtis deponit aliquid extra articulos, non ualet eius dictum. Quia id in-
106 telligitur,quando teſtis † ſimpliciter iurauit ſuper articulis pro ductis dicere ueritatem, & non fuit adiectum,& tota cauſa:quare iſto caſu Bald.in conſil.106.lib.primo,conſuluit ꝙ teſtis ſaluatur a pœna falſi & à falſitate ſi diſponit extra capitula,& extra cauſam.
107 Et ratio poteſt eſſe, quia iuramentum † eſt ſtricti iuris & ſtricte intelligendum, & non ligat niſi ſuper illis ſuper quibus eſt formaliter iuratum ut per Socyn.conſi.214.in ſecundo uolum.num.7.licet Bal.in d.conſi.alias cauſas aſſignet,& loquatur in cauſa criminali,in qua teſtis ueniebat puniendus pœna corporis afflictiua. & faciunt optimè ad rem noſtram ea,quæ ponit Papien.in d.uerſi.ſuper tota ipſa cauſa, ubi firmat quòd qui iurat ſimpliciter ſuper capitulis tãtum,ſi extra illa aliquid dixerit, etiam ſi pertineat ad cau ſam non ualet, utpote ſuper eo non iuratus deponens:& ibi habetur bona apoſtilla ſub litera. D. ſatis plena.& idem qnod Papien. tenuit Ang. in l.ſi quis libertatem. §.quoties in fin.in glo.ult.nu.6. ff.de petit.hæred.monens aduocatum,ut ſit cautus ad omne dubiũ remouendum,ut adijci faciat in actis per notarium ſuper articulis, & tota cauſa,ſed ego puto quòd ad iudicem etiam,& fortè magis, quam ad aduocatum pertineat, ut in actu delationis iuramenti ꝑ
108 ipſum iudicem faciendæ teſti † curet explicari ipſi teſti, quòd iuret dicere ueritatem ſuper articulis,& tota cauſa, & in actis deſcribi:quia principaliter ſpectat ad ipſum iudicem, inquirere ueri tatem, ſuper omnibus pertinentibus ad cauſam. c.iudicantem.30. q.5.& ita faciat clare ſcribi per notarium actorum,& ſic ſeruari cõ ſueuit in practica,ut etiam dicunt Doctor.in dictis locis, & alijs,in quibus dicta materia tractat ur.

SVMMARIVM.

1 *Petens remitti iuramentum ad perſonas egregias honeſtas & impeditas eſt exaudiendus.*

2 *Teſtium impeditorum egregiorum,& qui non coguntur ad iudicium ac cedere examinandorum practica.*

3 *Practica examinandi teſtes egregios & priuilegiatos ad domos eorum unde ſumatur in iure.*

4 *Egregiæ perſonæ & priuilegiatæ, & quæ non coguntur inuitæ accedere ad*

ad teſtificandum coram iudice.

5 *Infirmus non cogitur accedere coram iudice ad teſtificandum, & de qua infirmitate hoc intelligatur.*

6 *Teſtis ſenex non cogitur accedere ad teſtificandum coram iudice. Et de qua ætate intelligatur.*

7 *Notarius accedens ad deferen. iuramentum egregijs & impeditis teſtibus, debet conſiderare illorum qualitates, & iudici referre, qui arbitretur, num ſint priuilegio digni.*

8 *Doctores legum, & ſimiles, quibus ſimilis reuerentia exhibetur, dicuntur egregiæ perſonæ, & eis remittitur iuramentum.*
Intelligitur de actu legentibus.

9 *Doctores omnes generaliter, & aduocati Reip. uel fiſci Audit. Rotæ, & alij hic nominati ſunt pariter priuilegiati, ut non cogantur accedere ad teſtificandum.*

10 *Mulieres non coguntur inuitæ, accedere ad teſtificandum coram iudice ex aliqua cauſa ſub excommunicationis pœna.*

11 *Citari debet pars contra quam perſonæ egregiæ ſunt examinandæ, ad uidendum eis deferri iuramentum, præterquam ſi mulieri ſit deferendum.*
Practica tamen ſeruat quòd pars citetur etiam ad uidendum mulieres iurare, & moneri.

12 *Mulier ægreferens quòd pars aduerſa domum ipſius accedat, ad uidendum eam tamquam teſtem iurare, poteſt prouidere conſtituendo procuratorem ſpecialem ut hic.*

13 *Lex, ad egregias. aliàs incipit, ad perſonas. & illius diſpoſitio, eſt de neceſſitate non autem de gratia.*

14 *Verbum oportet, regulariter neceſſitatem importat, præſertim quando eſt directum ad iudicem.*

15 *Renuntiari an poſſit priuilegio indulto perſonis egregijs a iuris diſpoſitione, ut ad eas iuramentum mittatur ad domum.*

16 *Argumentum à contrario ſenſu, non procedit, quando ex eo reſultaret abſonus intellectus & correctio iuris.*

17 *Lex, ad egregias, aliàs, ad perſonas. ff. de iureiuran. in quantum procedit in muliere, & cap. mulieres. de teſtibus in ſexto, de quibus mulieribus intelligantur.*

18 *Lex, ad egregias. cum ſimilibus, non procedit in muliere impudica, quæ eſſet notata infamia, propter abuſum eius perſonæ.*

19 *Teſtis pauper cui eſt uerecundia domum exire utitur beneficio legis, ad egregias.*

20 *Practicabilis quæſtio eſt illa, an nomina teſtium examinandorum in cauſa, ſint ædenda & nominanda parti, contra quam examinantur.*

21 *Nomina teſtium examinandorum non ſunt ædenda parti, ubi ſubeſt præſumptio timoris ſubornationis.*

22 *Timorem ſubornationis teſtium allegans, tenetur dare fumum de præſumptione timoris ſubornationis, iuxta quoddam decretum Rotæ Bononienſis.*

23 *Nomina teſtium non eſſe ædenda parti contra quam ſunt examinandi probatur hic.*

24 *Expreſſio nominum teſtium examinandorum iudici fieri debet, non autẽ aduerſario.*

25 *Declaratio glo. in l. 1. §. editiones. ff. de edendo, quod loquatur in teſtibus inſtrumentarijs, & non de examinandis.*

26 *Lex ipſa timet in materia probationis ne aduerſarij probare uolentis per excogitatam malitiam ſubtrahant probationes.*

27 *Opinio negatiua, quòd non ſint edenda nomina teſtium parti, eſt magis communis & ſeruatur in practica.*

28 *Fumum de timore ſubornationis non eſt opus dare iudici, & ratio hic adducitur, contra decretum Rotæ Bonon.*

29 *Fumus aliquis de facili de timore ſubornationis dari non poteſt, ſed ſtandum uidetur dicto timentis cum iuramento.*

30 *Teſtes qualiter caute induci & examinari debeant, exiſtente timore ſubornationis, uide hic.*

31 *Reprobatio teſtium fit duobus modis hic traditis, & tribus concurrentibus de quibus hic.*

32 *Proteſtatio facienda per illum, contra quem teſtes producuntur, ſecundum ſtylum hodiernum & uerum.*

33 *Proteſtationem contra perſonas & dicta teſtium, non faciens tempore quo admittũtur, ſibi præiudicat, ut non poſſit amplius illos uel eorum dicta repulſare.*

34 *Exceptiones competentes contra perſonas teſtium, aliquæ poſſunt remitti tacite non opponendo, & aliquæ non, uide hic diſtinctionem.*

35 *Teſtes quoad perſonas illorum, poſſunt repulſari, etiam ante publicationem, ſaluo ſibi iure repulſandi dicto caſu, quo deponant.*

36 *Practicæ hodiernæ de qua ſupra, inhærendum eſt, quicquid dicant Doctores in materia proteſtationis, & ratio aſſignatur hic.*

37 *Iudex animaduertere debet, ne quiſpiam ſub colore repulſæ, faciat nouos articulos impertinentes.*

38 *Producens teſtem pro ſe non poteſt illum reprobare, quod ampliatur ut hic.*

39 *Teſtis cenſetur approbatus, per ſolam productionem licet aliter producens eo non utatur, & narratur quid contigit de facto, in iſtis terminis.*

40 *Teſtis inductus ab una litigantium qui poſtea nolebat illo uti, de iure poteſt ad inſtantiam alterius examinari, & ratio adducitur hic.*

Adde hoc uerum ſi iurauit dicere ueritatem pro utraque parte.

41 *Limitationes ad illam concluſionem, quòd producens teſtem pro ſe, non poteſt illum reprobare: uide hic.*

42 *In cauſa appellationis & attentatorum: an admittatur reprobatio teſtium.*

43 *Teſtis reprobatus propter crimina, an poſſit agere actione iniuriarum, ſi non fuerint probata.*

44 *Repulſa quamuis odioſa, tamen regulariter eſt permiſſa, ſed fallit in pluribus caſibus de quibus hic.*

45 *Repulſa calumnioſe obiecta, iudicium differen. non conceditur.*

46 *Iudicis partes ſunt malitijs, & calumnijs, per iuris tramites legitimos expellere.*

47 *Repulſa in iudicijs ſummarijs, an & quando admittatur.*

48 *Intellectus ad dictum Romani in ſing. 383. dum dicit, quòd in iudicijs ſummarijs non datur repulſatio.*

49 *Quotiens iudex admittere debeat teſtes reprobatorios.*

50 *Reprobatio teſtium, an poſſit fieri in cauſa appellationis.*

51 *Exceptio repulſationis teſtium non admittitur poſt ſententiam, quando non eſt appellatum ſicut nec aliæ peremptoriæ.*

52 *Auctor principaliter motus fuit ad compilandum hunc tractatum, pro iudicibus tironibus.*

53 *Iudex uidens aliquem ex litigatoribus, uelle reprobare teſtes contra ipſum examinatos, interroget illum ut hic habetur.*

54 *Iudex oſtenſa ſibi proteſtatione facta per uolentem reprobare teſtes, tempore delati iuramenti, adhuc habet conſiderare plura de quibus hic, antequam illum admittat ad reproban.*

DECIMVM SEPTIMVM CAPVT.

HActenus uidemus plura animaduertenda per iudices cauſarum ciuilium, de quibus loquimur in hoc tractatu, circa receptionem,

ceptionem, & examinationem teſtium in diuerſis caſibus occur rentibus,& qui ſæpe occurrunt in iudicijs,& qua diligentia uti debeant ipſi iudices in præmiſſis. Sed quia alia occurrunt adhuc per me ipſis iudicibus in conſideratione ponenda, quæ ſæpe occurrũt in practica etiam ante publicationem teſtium examinatorum. Ideò illa omittere nolui ſed infra deſcribere ſigillatim decreui,& poſtea deueniam ad publicationem ipſorum teſtium, & ad ipſius publicationis materiã,& ſucceſſiue ad alia ad quæ iudices animaduertere debẽt,poſt ipſam publicationẽ,& lecturam, ac uiſionem dictorum teſtium,& atteſtationum ipſorum.

Dico igitur quòd ſæpe & ſæpius practicatur in iudiciis quòd alter ex litigantibus inſtat coram iudice: per ipſum iudicem remitti iuramentum ad perſonas egregias honeſtas,& impeditas,informatus de meritis cauſę de qua agitur, aſſerendo ſe indigere ad probationem iuris ſui dictis & atteſtationibus talium perſonarũ priuilegiatarum a iure,ut inuitę non cogantur ſe conferre coram
1 iudice(loquendo tamen in cauſis ciuilibus) † quæ petitio de iure uidetur admittenda tamquam iuſta. Et ipſi petenti propterea non uidetur denegandus aſſenſus per iudicem:iuxta text.in l.prima. ff. de his qui ſunt ſui uel alie.iur. Et ideo iudex debet tali petitioni
2 annuere: Practicatur † igitur hoc modo in caſu iſto.nam iudex trãſmittit notarium ad domum talium perſonarum parte citata uel monita ad intereſſendum pro certis die & hora ad uidendum inſt. . . . dici,& fieri.& ordinat ipſi notario:ac ei expreſſe committit, ꝙ uideat & inſpiciat tales teſtes quos petens intendit examinari facere &quatenus inueniat illos eſſe tales uidelicet ꝑſonas egregias ſeu infirmas & impeditas: taliter ꝙ non poſſint ſe conferre ad conſpectum iudicis ad iurandum deferat nomine ipſius iudicis illis iuramentum de ueritate dicenda ſuper articulis & tota cauſa: & moneat illos iuxta prædicta, & in proxime præcedenti capitulo:
3 Et iſta † practica ſumitur ex cap. ſi qui teſtium,extra.de teſtibus ex tex.cum ibi notat.in l.ad egregias. alias incipit,ad perſonas. ff. de iur.iur.ubi glo. & Doctor. ponunt quæ ſint iſtæ † perſonę egre-
4 gię.& impeditę,& concluditur quòd perſonę nobiles.& quæ propter excellentiam perſonarum ſunt habendę in aliqua reuerentia non coguntur ad iuditium accedere,ita intelligit Iaſo.in dicta.l.ad egregias.num.8.dum reprobat gloſſ.ibi per eum allegatas. Secundo idem dicitur de infirmo,qui propter infirmitatem non cogitur

accedere

5 accedere ad iudicium: quod ipſe intelligit † qñ infirmitas eſſet grauis nõ leuis: quia tũc nõ procederet dicta lex ſecundum ipſum. Et ideo ad hoc animaduertere debet notarius tranſmiſſus ut ſupra, qui debet eſſe loco iudicis. Enumerantur etiam ſenes: ut per gloſſ. in d.l. Ad egregias. & refert Iaſ. ibi ſub num. 9. in fi. dicti nu-
6 meri, ꝙ in hac materia ſecundum Anton. de Butr. † ſenes intelliguntur illi qui exceſſerunt annum ſeptuageſimumſecundum: Subdit tamen quòd iſtud de ſenibus non ſeruatur de conſuetudine ſecundum Angel. in d.l. ſed ad hoc. Doctores in cap. quoniam frequenter. ut lite nõ conteſtata uidentur reſidere in hoc quòd relinquatur arbitrio iudicis qui dicatur ſenes. Et hoc ſequitur Menochius alias auctoritates allegans in lecturis & conſilijs in lib. 2. de arbi. Iudic. cent. prima caſu 59. fol. 113. num. 3. Ex quo infero: ꝙ hoc non poſſet arbitrari Notarius † ſed poſtquam uidit, & conſiderauit ætates, qualitates, & circũſtãtias teſtiũ debet omnia referre iudici, qui poſtea ipſa arbitretur an huiuſmodi teſtes ſint digni ut eis impendatur priuilegium dictæ legis. Et ideo bonum eſt ꝙ prima facie ſeu prima uiſitatione notarius non deferat illis iuramentum ubi ſibi dubia uiſa fuerit res, niſi ante omnia referat ipſi
8 iudici factum pro ut ſe habet. Enumerantur † etiam Doctorrs legũ & eorum familia, & ſimiles quibus ſimilis reuerentia exhibetur: ut ibi per glo. primam in fi. & qui ſint iſti ſimiles ponit Fely. remiſſiue in d.c. ſi qui teſtium. col. 2. num. 5. Sed dicit ibi Angel. ꝙ in hoc glo. eſt falſa, in quantum loquitur de familia doctorum: & quod de conſuetudine non ſeruatur, & illum refert, & ſequitur Alex. ibi in princ. Et uerum eſt id quod dicit Ang. Et in quantum gloſſ. loquitur de Doctoribus legum intelligitur de actu legentibus ſecundũ Iaſ. ibi ſub num. 10. Aliqui dubitarunt, an hoc procedat in Doctoribus canonum, an ipſi quoque uti poſsint dicto priuilegio d.l. Et Rainer. de Forliuio ſuadebat quod non: ſed tantum in Doctoribus iuris ciuilis: ſed Alberic. ibi quem ſequitur Iaſ. ſub num. 10. ibidẽ tenet contrarium, & ꝙ iſtud procedit generaliter in omnibus Do-
9 ctoribus: ſubdens hoc etiam procedere † in aduocatis reipub. uel fiſci, & in auditoribus ſacri, ſacri palatij apoſtolici, de quibus etiam per Fely. in dict. cap. ſi qui teſtium numero quinto. Et idem Iaſon ibi ſub num. 11. Ampliat ut procedat & in licentiato; quia habetur pro Doctore; ex quo agitur de fauore & non ſumus in materia penali: Procedit etiam priuilegium. d.l. in Epiſcopis preſbiteris

ſbiteris & Diacon.ut per Spec.in tit.de teſte.§.ſequitur.uerſ.quid
de præſbitero &c. quem citat Iaſ. ubi ſupra d.num.8.in fi. Et ante
10 cum Alex.ibi ſub num.6.† quo uerò ad mulierem.res eſt clarior:
quia habemus tex.in cap.mulieres.de iudicijs.in 6.in quo Bonifac.
Oct.pontifex, præmittendo rationem ſuæ diſpoſitionis de qua ibi
prohibet latiſsime,quòd ex aliqua cauſa qualiſcumque illa fue-
rit,mulier ipſa non euocetur ad iudicium inuita, & mandat obſer-
uari dictam ſuam diſpoſitionem ſub pœna excommunicationis.
qui tex.cum gloſſ.& ſcriptis ibi per Doctores uideantur quia plu
ra tanguntur non contemnenda neque etiam iucunda in hac ma-
teria.

Sed aduertatur, ꝙ doctores quo ad omnes alias perſonas enume
ratas,& de quibus ſupra (excepta muliere) concordant,& tenent:
ꝙ pars contra quam tales perſonæ ſunt examinandæ ſunt citandæ
uel monendæ ad uidendum deferri iuramentum huiuſmodi per-
ſonis teſtibus examinandis:quæ determinatio eſt iuri conſona, iu-
ſta & honeſta iudicio meo:ſed quantum ad mulierem tenet quòd
pars non debeat ad illius domum accedere honeſtatis cauſa: De
moniali hoc ſine dubio admittitur,pro quo uide glo.in d.cap.mu-
lieres.de iuditijs.in 6.ſuper uerbo (inuitas) quæ ponit differentiã
inter laycas & religioſas, ſed de alijs mulieribus laycis, dicunt
aliqui eſſe ſecus,de quo aliquid per Iaſ.in d.l. ad egregias.ſub nu.
2.in fi.d.num.qui aliqualiter reprehendit Abb. de inaduertentia:
ex quo dicebat,quòd quemadmodum iudex mittit notarium ad
mulierem,ita pars aduerſa debet poſſe eſſe præſens, nam dicit Iaſ.
Abbatem non animaduertere, ꝙ miſsio notarij fit ex neceſsitate,
cum aliàs iurare non poſſet, quæ neceſsitas non militat in præ-
ſentia aduerſarij, Gloſſa tamen in d. cap.Mulieres ſuper uerbo
11 (idoneum) expreſſe † dicit ꝙ citabitur pars aduerſa,ut uadat ui-
ſura eas iurare. Et hac opi.eſt æqua & ſeruatur in practica.quo-
modo enim poſſet ipſa pars aduerſa ſcire qualia interrogatoria ha
beret facere contra perſonam teſtis, niſi ipſius perſonam cogno-
ſceret. Præterea ſua intereſſet perſonaliter audire monitionem
quæ fieret,per deferentem iuramentum ipſi teſti:quia forte ſi non
adeſſet,leuioribus uerbis fieret ipſi monitio. Et ex iſtis uidetur
reſponderi poſſe conſiderationi Iaſonis, dum dicebat,ꝙ in parte
ceſſabat neceſsitas quæ in notario aderat, nam uidetur poſſe dici
ꝙ licet neceſsitas quo ad notarium militet uno reſpectu: nihilo-
minus

minus quoad partem militat alia reſpectu,uidelicet,ne ipſa abſente, & ignorante contingat ſibi aliquod præiudicium fieri,contra iuris diſpoſitionem:quæ habet quòd pars citetur ad omnes actus qui poſſunt ei præiudicium inferre quoquomodo,& inuenio quòd Felyn.in d.c.ſecundo,de iureiurando,in undecima limitatione tetigit hác quæſtionem,& poſt Ludouicum Roma.quem allegat in ſingularibus ſuis,tenet ꝙ in iſto caſu requiratur citatio partis, ad uidendum iurare mulierem. & reperio quòd dicta glo.ſupra prox.allegata in dicto ca. mulieres.eſt communiter approbata : quia omnes Doc.ſcribentes d.c.ſimpliciter cum ea pertranſierunt & nullus contradicit illi,quem uiderim.

Sed ibi mulier forſitan ęgre ferret,& ꝙ pars aduerſa domum ipſius accederet,& ipſam partẽ abhorreret,poſſet moleſtiã hmõi a ſe abdicare conſtituendo procuratorem ſpecialiter ad comparendum
12 † coram iudice, & ad prꝯſtandum iuramentum de ueritate dicenda &c. ſecundum formam iuris,quia tale iuramentum poteſt præſtari per procuratorem, habentẽ ſpeciale mandatum ad iurandũ de ueritate in animam ipſius domini, qui iuraret, & diceret prout percepit à domino : quia tunc ſufficeret ut deberet admitti : quia dñus uideretur iurare:& hoc in ciuilibus cauſis.& ita limitatur gl. dictæ l.ad egregias.quæ eſt ſuper uerbo (domum) quæ uidetur innuere contrarium, ut clare firmat Alex.in d.l.ad egregias.num.ſecundo.dicens ſe in hoc ſequutum fuiſſe Bar.idem tenentem in l.qui bona.§.ſi alieno.in tertia quæſt.ff.de damn.infect. Et hanc limitationem tenuit etiam Iaſon in dicta l. ad egregias. in ultima col. in fi. Eſt etiam notandum,ꝙ non eſt uerum id quod aliqui dicunt
13 videlicet, quòd dicta lex procedit de honeſtate.& ꝙ ex curialitate & gratia mittitur notarius per iudicem : & quòd ipſe de neceſſitate non teneatur : quia immo illè text. imponit neceſſitatem
14 iudici † propter illud uerbum (oportet) in illo oppoſitum:ut per plura probat Fely.in cap.ſi qui teſtium. de teſti. in ſecunda col. in princ.Et ante eum idem tenuit Iaſ.in ead.l.ad egregias.dicens notabiliter quòd illud uerbum (oportet) regulariter neceſſitatem importat,& ꝙ quando tale uerbum eſt directum ad iudicem, importat neceſſitatem. Et hoc ponit ibi in ſecunda col.ſub nume.4. cum duobus ſequentibus: quod eſt notandum ad multa. quęrunt etiam Doctores iuris ciuilis in dicta l.ad egregias: quæ alias incipit,ad perſonas,& canoniſtę in d.cap.ſi qui teſtium (ubi in ſpecie

Fely.

Fely.) An priuilegio in d.l.indulto ſupraſcriptis perſonis, renunciari poſſit. Et habentur opiniones hincinde, & tamen Fely. ubi ſupra proxime ſub num.3.col.ſecunda, in princ.tenuit partem negatiuam: Sed d.Iaſ.in prima col.in d.l.ad egregias.ſub. nume. primo, diſtinguit, & vult in effectu, quòd renunciari non poſſit expreſſe, generaliter priuilegio huius legis. Ita ut in futurum poſſit cogi inuitus ad ueniendum coram iudice, ſed quòd tacite ueniendo ad iuditium renunciari poſſit allegat tex. in d.cap.mulieres: de iudicijs.in uerbo (inuitas) ubi Archidiac.gloſ.Io.And.& cæteri ſcribentes ibi hoc tenent. Et poſtea allegat unum ſimile † ꝙ iuri reuerẽtiali non poteſt renunciari expreſſe etiam cum iuramento: Quia eſſet contra bonos mores, & tamen tacite renunciari poteſt allegat l.quod nomine & ibi Rafael.de condict. indeb. & ſe remmittit ad ibi dicenda per ipſum: Et certe iſta eſt communis opinio quæ fuit, ut dixi, Archidiac. gloſ. & aliorum omnium ſcribentium, in dicto cap. mulieres, ſed uidetur dici poſſe non immerito ꝙ dicta opinio non ſit uera: Quia eſt fundata ſuper argumento a contrario ſenſu, quod quidem argumentum non procedit quando
16 ex eo † reſultaret abſonus intellectus, & correctio iuris: Sed in caſu iſto ex tali argumento uidetur reſultare abſonus intellectus, & correctio iuris: ergo &c. Et ꝙ hoc ſit uerũ quòd ita reſultaret, cõſidero quòd Bonifacius octauus compilator dicti.c. Mulieres. motus fuit ex cauſa honeſtatis: Quia non conuenit (ut ipſe aſſerit in prin.d.cap.) Mulieres uagari, nec uirorum cœtibus immiſceri; ubi gloſſa ſuper illo uerbo, addit ꝙ periculoſa eſt ſexuum commixtio. Sed ſi permitterentur ſponte coram iudice ſe præſentare, & ad iuditium comparere, ubi a communiter accidentibus multitudo uirorum adeſt, ſequeretur correctio illius cap.& prohibitionis tam exacte, & affectuoſe factę per dictum põtificem, & ſic ſequeretur abſonus intellectus. Quia periculoſa commixtio ſexuum ſuccederet & fieret, etiam contra iuris præceptum, & publicam honeſtatem. Nam primum iuris præceptum eſt illud: ſcilicet (honeſte uiuere) ut habetur in Inſtitutionibus ſub rub.de iuſt. & iure: Non omitto etiam duo alia quæ mihi occurrunt ultra prædicta. Et in primis qđ
17 illud quod dicitur de muliere in terminis huius l.ad egregias † declaratur & intelligitur procedere in muliere honeſta, & matrona pudica: quamuis nõ eſſet ita nobilis, attenta eius progenie, uel attentis diuitijs quæ hodie cenſentur nobilitatem tribuere, non autem

tem

tem debet intelligi, quod illa lex habeat locum in iſtis mulieribus uilibus quæ conſueuerunt exire domum & accedere ad forum ad emendum obſonia, & ad faciendum alia ſua negotia. quia tales poſſent cogi etiam accedere ad iudicium ad iurandum, quamuis propter ſexum eſſet adhibenda modeſtia, etiam erga iſtas. Secundo limitatur ut non procedat dicta lex, & dictum capitulum in
18 muliere impudica † quæ eſſet notata infamia propter abuſum eius perſonæ: Quia tunc haberet locum illud quod dici ſolet: ꝙ reatus tollit omnem honorem; ut habetur in l. ſecunda, C. ubi ſenatores uel clariſsimi. Dico etiam ſecundo loco, quòd iſta lex, ad
19 egregias. habet locum in paupere † quod intelligitur de eo cui eſt uerecundia domum exire, puta ſi eſſet quidam nobilis, qui incidiſſet in paupertatem, & haberet ueſtes minime condecentes ſuę nobilitati, & non poteſt ducere ſecum famulum, ut forte conſueuerat antequam ad inopiam perueniret glo. in d. cap. Si qui teſtium de teſtibus, & ibi Fely. Lud. Rom. in ſing. 170. incipiente, item quæ ro an illa lex. &c. ubi inquit ꝙ iſtud fuit Romæ de facto, & quod domini ſui (ideſt Rotæ ſacri palatij apoſtolici auditores) ita determinarunt, per d. gloſſ. in d. ca. ſi qui teſtium. Succeſsiue cadit hic
20 examinatio quæſtionis quotidianæ † & multum practicabilis, quam habui de facto pluries diebus meis, videlicet An nomine teſtium examinandorum, iuxta ſupra proxime dicta, & alia ſuperius in proxime præcedenti capitulo, videlicet perſonarum, quæ ſunt examinanda extra conſpectum iudicis, & ad quas tranſmittitur notarius uel alius examinator deputatus per iudicem, ſint nominanda & edenda parti contra quam inducuntur & examinantur. In qua quæſtione uarie fuerunt Doctorum opiniones, quas pro uiribus recitare conabor ut ueritas haberi poſsit. Et primo pro parte affirmatiua quòd talia nomina teſtium ſint nominanda, & edenda parti aduerſę, per illos inducentem, Aliqui allegant glo. in l. 1. §. editiones. ſuper uerbo. dic in fi. ipſius gl. Item nunquid nomina teſtium & c. ff. de eden. Et hanc opinionem uidetur ſequi Alb. in l. non ex omnibus. ſub num. 3. ff. de arbitr. ubi dicit iſtam opinionem uidiſſe communiter obſeruari, & credere illam ueriorem per ea quæ ibi adducit, quem Alb. Doct. habent pro magno practico, eandem opinionem ſequitur Corn. in l. fi. C. eden. in fin. num. 5. & allegat Bal. ibi, & ſubdit ꝙ Gul. de cun. concludit, quòd ſi timea
21 tur de ſubornatione † & de ea ſit aliqua præſumptio non debet fieri

fieri editio huiuſmodi; dicens quòd ita intelligit etiam Spec.gloſſ. in l.non ex omnibus. ff.de arbitr. Hanc etiam opinionem poſt Guliel.de Cun.uidetur tenere Bald. in d.l.fina.num.6.niſi ſit ſuſpicio ſubornationis: quia quando timeretur de ſubornatione non debet fieri editio, quod dicit eſſe nota dignum, & ſic in effectu ipſe Bal. Corn.& Guliel.de Cun.& Albe.in l.non ex omnibus.ff.arbitr.in fi. uerbis conditionaliter loqui uidentur, ideſt ſi timetur de ſubornatione, quare forte moti fuerunt auditores Rotę in una cauſa in qua
22 coram eis interueniebam tamquam procurator ad dicendum † ꝙ ego tenebar dare fumum de timore ſeu ſuſpicione ſubornationis. Et hanc partem affirmatiuam etiam tenuit Bald. in cap. per tuas de teſt. nu.12.colum.fin.in prin.uerſi.de nominibus autem teſtium (ubi ait) ꝙ hoc expreſſe determinat gloſſ. in d.§.editiones,& quòd de hoc notať in Spec.de teſt.§.qualiter. Et etiam in verſiculo,poſt hoc.Et hanc opinionem ſequitur Fely.in cap.1.de probat.num.16. & in d.cap.per tuas,num.10.eandem etiam tenet Veſtr. in ſua practica iudiciali,ſecundum Aulam curiæ Roma.in lib.ſexto,fol.125. uerſ. allegando Bald. & Felyn. in locis ſupra proxime citatis, tamen uidetur ſe fundare in conſuetudine d.curiæ,vt patet ex dictis per ipſum ibi.

Sed pro opin.negatiua poteſt ponderari tex.in d.l.prima,§.editiones.ff.de edendo,ibi.ne quid excogitetur aut prolato die fiat:ex
23 quo probatur quòd † quando ex editione poteſt aliquid excogitari, & ſic malitioſe fieri & machinari,omittitur editio,quod inducendo ad caſum noſtrum optime facere uidetur. Nam ſi inducturus teſtes ad examinandum pro ſe contra aduerſarium, illi ediderit ſeu nominauerit ipſos teſtes,cui dubium quòd poterit ille excogitare aliquam machinationem, ad ſubornandum teſtes per ſe uel mediante aliquo uiro potenti & magnæ authoritatis, ne ſe examinari patiantur,uel caſu quo examinentur ne veritatem dicant, ſaltem perfecte & integre.

Et pro hac opin.eſt glo.ad hoc allegata per Doctor.in l.non ex omnibus.ſuper uerbo (punire).ff.de arbitris, quæ eſt gloſſa pen.in fin.quæ tenet quòd uolens inducere teſtes: non tenetur nominare nec edere nomina ipſorum teſtium, etiam quòd arbiter hoc fieri iuſſerit: quia non tenetur in hoc obedire ei. Et aſſignat rationem ſcilicet ne aduerſarium inſtruat, & ita tenet Spec. in dicto verſic. Poſt hoc dicet reus &c.poſt Vbert.de Bobio,niſi ubi hoc fieri eſſet

con-

conſuetum, ut Mutinæ, & in quibuſdam alijs locis ſecundum ipſū
quo caſu qui fondaret ſe in conſuetudine teneretur illam proba-
24 re. Bene uerum eſt quòd tenet ipſe Specul. quòd iudici debet † di
cere nomina non autem aduerſario. & hoc ſequitur Ioan. Andr. ibi
in additione ſuper uerbo (lubentur) dicens, ſed uerum eſt quòd il-
los quos uult citari oportet iudici nominari; & apud acta deſcri-
bi. eandem opin. poſt Specul. & Ioan. Andr. in loco præallegato, &
dictam glo. in d. l. non ex omnibus. tenuit clare d. Alexan. in dicto
25 §. editiones. colum. fin. num. 21. ubi ait quòd illa glo. ibi † loquitur
de teſtibus inſtrumenti edendi, & non de teſtibus examinandis, &
ita etiam illam intellexit Bald. in d. l. non ex omnibus, in prima le-
ctura in uerſi. item nota in fin. & in d. §. editiones colum. pen. in fin.
uerſicul. ulterius quæritur &c. & in d. l. fin. colum. pen. num. 16. ubi
expreſſe loquitur de illa gloſſa: & inquit quòd illa dicit, quòd no-
mina teſtium inſtrumenti ſunt edenda, ſicut nomen tabellionis qui
habetur pro teſte. & ſic apparet, quòd illa glo. quæ eſt in dicto §.
editiones. de qua ſupra quæ allegatur pro dicta parte affirmatiua,
æquiuoce allegatur, cum loquatur in diuerſis terminis. & pro iſta
opinione negatiua uide Barb. in cap. conſtitutus. colum. 3. num. 10.
uerſi. quęrit hic Ioan. Andr. de fideiuſſ. & Maran. in Spec. in decimo
octauo, uerſi. ueniam ad tertiam quæſt. colum. penul. num. 40. verſ.
6. limita &c. fol. 74. uerſic. ſecundum magnam impreſsionem, &
Franciſcus Martius in deciſ. delphinatus. 505. quæritur an atteſta-
tiones &c. iuxta finem in primo tomo num. 7. ubi prædictos hanc
opin. tenentes allegat, & dicit expreſſe, non obſtare glo. in d. §. edi-
tiones in fin. quia loquitur in editione teſtium inſtrumenti produ
cti, ſecus in teſtibus producendis, quia non debent edi aduerſario
ante publicationem, propter timorem ſubornationis. Nec dicunt
Doctores quòd ille qui recuſat uelle edere aduerſario nomina te-
ſtium per eum examinandorum, teneatur probare timorem ſubor
nationis, neque etiam de tali timore fumum dare, ſed ad proban-
dum, quòd inducens teſtes non tenetur edere illorum nomina ad
uerſario aſsignat iſtas rationes: uidelicet, ne inſtruant aduerſarium
ut dicit glo. in d. l. non ex omnibus. in fin. quod ego intelligo ad ma
chinandum aliquid. & etiam aliam, videlicet ne detur materia ſu-
bornandi teſtes, argumento dicti tex. in d. §. editiones. in loco ſupra
per me ponderato. & alterius text. in clemen. fin. de teſtibus. Nam
26 leges † ipſę timent in hac materia probationis, ne aduerſarij il-

H lorum

lorum qui ſuas probationes facere uolunt, per excogitatam malitiam ipſas probationes ſubtrahere quærant, ut aliquas allegat Alber. in d. l. non ex omnibus. in fi. principij in uerſi. incipiente Gugli. de Cun. hinc factum eſt naturali æquitate, ut teſtes alij non recipiant didicitis teſtificatis, ne alter alteri inſidietur, ut tradit Menoch. de arbitr. iudic. lib. primo, quæſt. 34. nume. ſecundo, & eſt aduertendum, quòd idem Alb. in d. l. non ex omnibus. ſub num. 3. dicit quòd Dyn. & Odofre. tenent quòd coram arbitro non ſint edenda dicta nomina. Sed coram iudice ſic, quia ad officium iudicis ſpectat ueritatem inquirere, & allegat et Vber. de Bobi. pro iſta parte, licet ſubiungat quòd prima opinio eſt uerior ut ſupra retuli. attamen uidetur dicen. quòd iſta opinio ultima negatiua ſit magis cõ-
27 munis, & ego uidi † pluries illam obſeruari in practica, uidelicet in contradictorio iudicio fuiſſe ordinatum nomina teſtium examinandorum in terminis huius quæſtionis noſtræ, debere nominari iudici ad aures, & non parti, quæ citari debet poſtea ad uiden. illos iurare, propter quod ſatis prouiſum ipſi uidetur, ut poſſit facere ſuas defenſiones: quia poteſt petere, & obtinere dilationem ad dandum eius interrogatoria particularia, contra perſonas talium teſtium, quas uidit, ſeu uidere potuit, in actu delationis iuramenti, ad quem actum fuerit citata uel monita ut fieri debet iuxta prædicta, & præſtari ſibi ſaluas fore exceptiones & iura quæcunque contra perſonas & dicta in forma, ut infra. Nec erit opus aliter dare fumum de timore ſubornationis, quia ex natura ipſius actus apparet cuilibet ſenſato uiro quòd ueriſimiliter, de ſubornatione uel aliqua alia machinatione, & fraude timeri poteſt, & iſta poſſi-
28 bilitas ſufficit, † ad hoc ut non cogatur uolens examinari facere teſtes pandere nomina ipſorum teſtium: quia iura ipſa conſiderarunt iſtam poſſibilitatem, & propter timorem machinationis diſpoſuerunt non eſſe edenda omnia deſcripta in inſtrumento quo quis uſurus eſt in iudicio, licet uoluerint edi alia in quibus ceſſat timor excogitandæ malitiæ in pernitiem alterius partis: ut in ſimili uidemus in dicto caſu de quo per Menoch. in loco ſupra proxime citato: & eſt optimus text. (ni fallor) in dicta clemen. fina. de teſtibus. Ad prædicta facit etiam, quia quòd quis timet de ſubornatione de facili probari non poteſt, nec de eo aliquis fumus dari per alium, cum ſit quid conſiſtens in animo timentis, cuius dicto ſtan-
29 dum uidetur, † maxime cum iuramento, iux. text. & gloſ. in cap.

præſentium. ſuper uerbo (iuramento) extra de teſtib. in princ. ipſius glo. & ibi per Felyn. in prima fallentia, poſt Abb. & alios ibi, quòd iudex ad cautelam illi deferre poſſet, quòd calumnioſe ſeu malitioſe non quærit ſubijcere nomina teſtium, ſed quia timet illos corrumpi uel ſubornari, aut aliquid in ſui præiudicium machinari.

Fateor tamen quòd iudex ex qualitate perſonæ eius contra quē teſtes examinandi ſunt, & alijs circunſtantijs, poſſet arbitrari quid fieri deberet, & decernere quòd ſibi iuſtum & æquum eſſe uideretur: Quid enim ſi teſtes eſſent examinandi contra quandam muliercúlam, uel cōtra pupillum ſeu aliam perſonam nullius fere conditionis, de qua non eſſet dubitandum, quòd poſſet aliquid machinari in præmiſsis: certè tunc poſſet iudex decernere teſtes eſſe nominandos. tamen conſiderandum eſt quòd omni in caſu ſatis eſſet ſuccurſum ipſi parti contra quam teſtes examinabuntur, per citationem uel monitionem, ad uidendum illis deferri iuramentum, & per terminum illi concedendum ad dandum ſua interrogatoria particularia (vt dixi ſupra.) Sed adhuc aduertendum eſt per iudicem & per partem inducentem teſtes, quòd ubi timor ſubornationis uel alterius machinationis ueriſimiliter immineret, tunc poſſet adhiberi cautela quam alias ego adhibui in practica, uidelicet ut teſtes
30 † examinarentur ſigillatim, & unus tantum pro qualibet uice, & quod dictus terminus eſſet breuis, puta per totam illam diem qua deferretur iuramentum, ſi illud eſſet delatum de mane, ſi uero eſſet delatum de ſero per totam ſequentem diem de mane ad dandum ſua interrogatoria particularia cōcernentia perſonā teſtis, quæ non eſſent adeo longa ut indigerent maiori dilatione temporis, & ſic eſſet prouiſum aduerſus timentem: quia non eſſet veriſimile quòd in tam breui tempore aduerſarius poſſet aliquid machinari ad ſubtrahendum probationem faciendam per illum teſtem.

Alius etiam terminus eſt conſiderandus per iudices uidelicet reprobatio teſtium ſiue repulſa, ut hoc uocabulo utuntur Regnicolæ, de qua ſatis pulchre ſcribit, Marant. in ſuo Speculo aureo in ſecunda parte in 13. actu fol. 75. ſecundum magnam impreſſionem per totum illum actum, ubi in ſecunda colum. num. ſecundo, uerſic.
31 ad primam quæſtio. dicit † quòd repulſa contra teſtes fit altero de duobus modis: uidelicet uno modo contra perſonas, alio modo contra dicta teſtium, & non conceditur petenti niſi concurrat alte-

rum de tribus requiſitis, quæ traduntur in cap. præſentium. de te-
ſtibus. ſubdens quòd ex hoc inoleuit practica qua quotidie utun-
tur procuratores: ut tempore quo comparent uiſuri iuramenta te-
ſtium proteſtantur contra perſonas teſtium, & dicenda per eos: ſed
dicas ꝙ iſta proteſtio ſecundum ſtylum uerum hodiernum fit hoc
modo uidelicet: Qđ ille contra quẽ teſtes inducunt uel eius ꝓcura
32 tor ꝓteſtat expreſſe & ſcribi facit in actis † ſibi ſaluas fore quaſcũ
que exceptiones tam datas quam dandas, tam contra perſonas,
quam contra dicta teſtium, & ad iſtam practicam uide Fely. in d.c.
præſentium num. 15 ueſi. ſecundo, fallit. illum ponentem, & appro
bantem: quia ſi taceret tempore quo admittuntur ipſi teſtes & non
faceret dictam proteſtationem, proculdubio ſibi præiudicaret tali-
33 ter † quòd non poſſet amplius reprobare ſeu repulſare teſtes; re-
ſpectu illius uel illorum contra quem uel quos non fuiſſet facta ta
lis proteſtatio ſeu reſeruatio, nempe quia cenſeretur illum uel illos
approbaſſe reſpectu perſonæ ſeu perſonarum illius uel illorum: ut
hæc omnia probantur ex nobili deciſione & declaratione Bal. in l. ſi
quis teſtibus. C. de teſtib. in tertia colum. poſt Nicolaum de Ma-
tarellis. vbi concludit quòd ſi exceptio repulſiua perſonæ eſt in-
troducta eius fauore contra quem teſtis inducitur, ita quòd per cõ
ſenſum tolli poſſit: ut exceptio inimicitiæ, & domeſticitatis, tunc
intelligitur conſentire. Et ideo talis exceptio niſi fuerit in initio pro
34 teſtata, non poteſt opponi poſt publicationem teſtium: ſecus ſi non
eſt introducta fauore tacentis ſed odio ipſius teſtis: ut exceptio ex
communicationis & banni. Dicens quòd ita intelligitur cap. præ-
ſentium, extra de teſtib. & alia iura per eum citata. Et quòd cauti
aduocati ſemper proteſtantur iuxta formam ſupra per me præſcri
ptam: quia per talem proteſtationem reſeruatur ius oppo-
nendi, & excluditur tacitus conſenſus, & quòd hæc uera ſunt,
quando teſtes producuntur contra præſentem, ſed quando contra
abſentem non eſt neceſſaria proteſtatio: quia abſens non intelligi-
tur conſentire: cum habeat cauſam cõtradicendi: ut no. Cy. in auth.
ſi dicatur. C. eod. tit. quod mandat menti tencti.

Et licet Doctores loquentes de hac materia uideantur præſup-
ponere, quòd hæc repulſa ſiue reprobatio teſtium, adaptetur ad
tempus factæ publicationis teſtium. Ego tamen dicebam eſſe conſi
35 derandum, quòd ſi quis uult repulſare teſtes † propter defectus
perſonarum ipſorum teſtium, & iſto caſu poteſt hoc facere ante pu

blicationem, ſaluo ſibi iure reprobandi dicta ſeu teſtimonia illorũ ſuis debitis loco & tempore poſt publicationem eorundem: quia (ut dixit Marant.) in loco ſupra citato (& ſupra retuli) duplici reſpectu datur hæc reprobatio, uno uidelicet reſpectu perſonarum: Alio uero reſpectu dictorum, & hoc patet ad ſenſum. Nam ſtant ſimul ꝙ teſtis propter aliquem defectum eius perſonæ poſsit reprobari, & tamen eius dicta aliàs eſſent concludentia, uel econtra. Et iſtud dictum probatur ex notatis per Specu. in tit. de te ſte. in §. qualiter. in ſexta colum. in libro meo in verſi. poteſt etiam hoc committere &c. ubi ipſe ponit de uerbo ad uerbum formam literarum remiſſorialium: in qua in uerſi. quòd ſi forte, committitur examinatori ut teſtes reprobationis, infra quindecim dies poſt menſem in dictis literis præfixum recipiat & examinat, & tamen conſtat quòd tunc publicatio facta non eſt: quia iudex literarum remiſſionalium debet remittere dicta teſtium ſub ſigillo introcluſa ad iudicem, qui dictas remiſſorias decreuit. Secundo idem probatur ex dictis per eundem, ſub dicto titulo. in §. ſæpe. in princ. ubi ponit formam proteſtationis fiendæ per illum qui habet animum obijciendi contra perſonas, & dicta teſtium, & dicit, & ante aperturam, & poſt. Tertiò probatur ex dictis per Felyn. in d. cap. præſentium colum. quarta, in ſecunda fallentia, ſub nume. 15. ibi ſed reſeruant poteſtatem impugnandi ante publicationem, & de hoc non credo eſſe dubium. Et propterea antequam deueniam ad materiam publicationis dictorum, & atteſtationum teſtium, aliqua notanda hic deſcribam in materia reprobationis ſeu repulſationis ipſorum teſtium. Et primo quantum attinet ad illud dictum D. Abb. poſitum n ſummario dicti cap. præſentium, de quo ſupra proxime, dicas ꝙ illud habet plures fallentias de quibus per Fely. in dicto ca. præſentium, ubi in prima, & in ſecunda columna, ponit ſex fallentias, & in quinta illorum habetur maior declaratio ad doctrinam Bal. in d. l. ſi quis teſtibus, ſuperius allegat. quam impugnant Salyc. & dominus Felyn. qui fuit... ipſius Aretin. ut arbitror, & reprobationes ipſorum Salyc. & Aret. ad dictam quintam fallentiam, & dictam Doctrinam Bald. refert ipſe Fely. dicens, quòd immo excludendi partem a facultate opponendi contra teſtes non eſt tacita remiſsio ipſius partis, ſed eſt præſumpta malitia, propter quam exigitur iuramentum ipſum purgans. Et deinde in dicta fallentia dicit aliquid ex mente prædicti domini ſui cõtra dictum Bal. dicen-

tis,quòd quando teſtes fuerunt recepti ad iuramenta parte abſen te ipſa pars quæ fuit abſens, poteſt quandocunque opponere,quia non poteſt dici conſenſiſſe ad ſui præiudicium.

Puto etiam in practica in hac materia reprobationis teſtium eſſe aduertendum ad unum aliud:videlicet quia eſt differentia:quòd pars ſimpliciter proteſtetur ꝙ ſibi ſalua ſit facultas reprobandi teſtes,iuxta practicam per me ſupra poſitam. Et quòd proteſtetur ſe uelle illos reprobare. Quia in primo caſu non requiritur conſenſus partis aduerſæ. Quia iſte actus eſt ſecundum ius ex quo pendet ab animo & ſola voluntate proteſtantis. Sed in alio caſu eſt contra ius,& non releuat niſi pars conſentiat:ita poſt Abb. declarat Fely.in d.c.præſentium nu. 2. Sed certe mihi uidetur quòd iſtud dictum ſit nugatorium cum bona uenia: quia non credo ꝙ aliquis reperiretur tam fatuus,qui uellet conſentire proteſtationi contra ſe facienti:& Fel.perpendit dum in d.cap.præſentium.parũ poſt num.2.dicit ꝙ in illo tex.non ſit mentio de conſenſu partis uel iudicis. Secundo eſt aduertendum. Quia ultra proteſtationẽ quæ fit ad effectum reprobãdi teſtes cauſa principalis,ideſt in cauſa principali examinatos opus eſt iurare;ꝙ non malitioſe fit & opponitur:& ideo qui ad hoc non animaduerteret,poſſet errare ſi faceret dictam proteſtationem per quam declararet ſe velle reprobare perſonas teſtium. Quinimo plus requirunt Doctores præſertim Innocent.& Abb.in capitu.cum I.& A.de ſententia & re iudic. quod ultra proteſtationem debeat proteſtans offere ſe probaturũ crimina & defectus contra teſtes,& ſtatim probare, & petere ac recipere tempus ad probandum ut per Abb.in d.ca.proxime citato ſub nu.13.ſecundum paruam impreſſionem.

Sed certe ſtante dicta practica hodierna proteſtandi, ſibi ſaluas fore exceptiones,de qua ſupra &c. abſque comminatione de reprobando ceſſant omnes dictæ difficultates. Et ideo inhærren-
36 dum eſt † dictæ practicæ hodiernæ,de qua etiam per Fely. in dicto cap.præſentium num.15.Et quæ practica ſufficit quo ad hoc vt non præiudicauerit ſibi ille,qui fuit præſens delationi iuramenti. Et ex dictis ibi per Fely.& Paulo ſupra ſub num. 14. patet quòd per vſum iſtius practicæ hodiernæ euitatur unum aliud præiudicium quod eſt,nam regulariter non creditur teſtibus in fauorem eius,qui contra eorum perſonas proteſtatus eſt. Et quia aliquando teſtes inducti & examinati contra unum deponunt aliqua ad

eius

eius fauorem, ut experientia docet, propter practicam hodiernam non fit præiudicium ipſi proteſtanti ſecundum illam quominus ſtet depoſitionibus factis ad ſui fauorem: & pro hoc dicto, unde etiam Marant. in ſuo ſpeculo in dicto tertiodecimo actu fol. 75. num. 4. ſecundum magnam impreſſionem. ubi dicit, ꝙ per dictam proteſtationem, proteſtans cenſetur declarare ſe nolle teſtibus fidem adhiberi, quod dicit eſſe menti tenendum. Quia quotidie, in ſingulis cauſis fiunt iſtę proteſtationes, & parui aduertunt: nam ex hoc poſſunt eſſe damnoſę proteſtantibus: monens procuratores ut caueant ne paſsim illas faciant.

37 Aduertant etiam iudices † ne aliquis ſub colore repulſæ faciat nouos articulos impertinentes, qui poſt publicationem produci non poſſunt ſecundum regulas iuris, ut monet Marant. ubi ſupra ſub num. 5. & ſub num. 7. & in numeris ſequentibus uſque ad finē ponit communem concluſionem, quòd producens teſtem pro ſe non poteſt illum reprobare. Quia per productionem cenſetur

38 approbatus, † unde non auditur uolens illum repulſare tamquam ſibi ipſi contrarius: quod ampliatur etiam ſi producatur poſtea cō-tra eum in alia cauſa: & per aliam perſonam. Et cenſetur appro-

39 batus teſtis per ſolam † productionem licet aliter producens eo non utatur: quod eſt pulchrum dict & notabile, & ego aliàs uidi de facto in hac ciuitate: Quia unus procuratot induxerat unum teſtem & fecit illi deferri Iuramentum in una cauſa contra alium procuratorem, & poſtea nollebat illum examinari facere, & ille alius procurator inſtabat dictum teſtem omnino examinari, & ille inducens contradicebat & nollebat, & ſuper hoc orta fuit quæſtio inter eos: an de iure eſſet examinandus ad inſtantiam illius contra quem fuerat inductus, & conuenerunt ꝙ ille qui in hoc articulo iuris ſuccumberet perderet ſcuta quinque, ad commodum alterius.

40 Et ita in effectu ille qui induxerat teſtem ſuccubuit † nec mirum ſtantibus dictis deciſionibus, & ſtante deciſione Aret. in conſ. 140. factum ita proponitur &c. tenentis clare & aperte iſtam opinionē aſsignando rationem non adductam per alios ꝙ uiderim: nempe: Quia propter productionem ille teſtis eſt effectus communis. ex quo patet (dicit ipſe) quòd etiam ſi pars quæ producit teſtes nullo modo uellit facere ipſos examinari: tamen hoc facere poſſet altera pars: quod procedit quando teſtis iurauit dicere ueritatem ſuper tota cauſa pro utraque parte ut ipſe Aret. ibi declarat, & habet rationem in ſe ut patet.

Rurſus adde quod communis concluſio prædicta quòd produces teſtem pro ſe, non poteſt illum reprobare: ampliata, & declarata ut ſupra limitatur pluribus modis.

41 Primo quando poſt productionem ſuperueniret inimicitia, uel alia noua cauſa. Quia tunc poſſet repulſari ex noua cauſa. Secundo limitatur dicta cõcluſio ut procedat quoad repulſam perſonarũ ſecus ad reprobandũ dicta ipſius teſtis aliàs approbati, ſi modo facta publicatione producens non taceret, & per taciturnitatẽ cenſeretur approbaſſe dicta teſtis. prædicta ſcripſit Marant. loco ſupra proxime citato num. 10. 11. ubi etiam ſub num. 12. quæſiuit, An in cau-
42 ſa appellationis † admittatur reprobatio teſtium, & quid in cauſa attentatorum. Et an teſtes contra quos obijciuntur crimina
43 † poſſint agere actione iniuriarium ſi non fuerint probata: & quid ſi obijciens fuerit proteſtatus: quòd non animo iniuriandi. Et licet repulſa ſit odioſa & reſtringenda (ut inquit Maran. ubi ſupra num. 6.) tamen regulariter ſit permiſſa; ut per eundem in dicto tertio decimo actu. colum. final. folio 76. fallit tamen in pluribus caſibus.

44 Primo † in teſtibus approbatis per productionem, iuxta prædicta.

Secundo in cauſa criminis læſę maieſtatis.

Tertio in cauſa Blasfemiæ Dei.

Quarto in cauſis ſummarijs ubi ſufficiunt ſemiplene probationes, ut per Maran. in d. col. fin. num. 14. cum duobus ſequen. Addo aliam fallentiam, & ſic quintam in cauſa hæreſis. Quia ſi in crimine lęſæ maieſtatis humanæ dicta regula fallit, multo magis debet fallere in cauſa lęſæ maieſtatis Diuinæ, auth. multo magis, C. de ſacr. ſan. eccl. Aliam limitationem habes ex Menochio de arb. Iudi.
45. quęſt. 32. ſcilicet cum repulſatio obijcitur † per malitiam & calumniam ad iuditium differendũ. Quia tunc omnino, & quouis in caſu reijcienda eſt, non ſolum per iudicem habentem arbitrium procedẽdi, de quo ipſe loquitur, uerum etiã, per quemlibet ordina
46 rium: cum iudicijs partes ſint † malitias, & calumnias hominum ꝑ iuris tramites legitimos expellere: ut habetur in prohęmio inſti-
47 tut. in prinip. Et an & quando in iudicijs ſummarijs † admittatur repulſatio teſtium, uide eundem Menoch. in dicta quæſt. 32. num. 5. & 6. ubi ſub num. 8. poſt Roman. in ſing. 383. loquitur in iuditio poſſeſſorio, & a numero 7. citra ponit plura alia exempla. Addo

Marſ.

Marſ.in repet.l.de uno quoque.de re iud.colum.28.in fi. & 29. in princ.& in repet.rub.C.de probat.col.pen.quę eſt.89.in quibus locis refert dicta per Roman.ſed addit in loco ſupra proxime citato vnam limitationem,dicens poſt Aret.quem allegat in conſi. 61. ꝙ

48 illud dictum Roman.& ipſiuſmet illum ſequentis † non procederet nec haberet locum : ubi eſſemus in iuditio ſummario ſolo : ꝙ non expectaret poſt ſe aliquam ſententiam,in iudicio ordinario & principaliter intentando: quod eſt notandum in practica : pro ut etiam eſt notanda diſtinctio Menoch. in loco ſupra citato,ſub nu. 6.ubi diſtinguit ut ibi per eum , quem aliter non refero : quia ibi uideri poteſt vſque in finem,quia ponit exempla quam plura , & allegat d.conſi. Aret.conſi.61.& Roma. in d.ſing.Zuccard.in l.fin. C.de edicto diui &c. & Cur.Iunior in l.admonendi de iureiuran. Quibus addo Capic.in deciſ. 55.poſt Doct. quos citat in capi.ueniens el 2.de teſt.& Curt.Iun.in l.nam & poſtea.§.ſi minor.de iur. iuran.nu.6.qui tamen dicit unum quod alij non dicunt , uidelicet ꝙ in iuditio ſummario non admittitur reprobatio teſtium , nec in dicto,nec contra perſonas . Etſi iudices uolunt ſcire quotiens debent admittere teſtes reprobatorios:uideant Io.Monach. in ca. præſentium.de teſtibus in 6.in princ. Ex cuius dictis colligitur ꝙ

49 ſemel † pro qualibet parte admittitur productio ſimilium teſtium nec ulterius (ſecundum eum) dabuntur teſtes reprobatorii,ut infinitas euitetur,& idem tenent Doctor.& præſertim d. Fely.in c. licet il 3.in princ.extra de teſtibus:ubi in diſcurſu ponit plures limitationes:ad quem poterit haberi recurſus ubi opus fuerit.Et inter alia dicit,ꝙ hæc non pocedunt quo ad dicta ipſorum teſtium : de quo etiam uideatur Alb.in d.cap.præſentium nu.7.uerſ.dicta tamen teſtium &c. Et bene etiam loquitur ad propoſitum prædictorum D.Abb.in dicto cap.licet el 3.& ibi habentur bonæ appoſtil. læ Addo gloſ. in cap. licet cauſam. ſuper uerbo reprobationem extra de probat. & Bald. in dicta l. ſi quis teſtibus. C. teſtibus nume.6.

50 Sed an huiuſmodi reprobatio fieri poſsit in cauſa † appellationis,tangitur per Innocen.& Abb.in cap.cum, i, &, a , de ſent. & re iud.ubi Abb.ſub num.13. tenuit poſt gloſſas ibi per eum allegatas quòd hæc exceptio contra perſonas teſtium,eſt quaſi peremptoria & quòd ideo poteſt opponi & probari in cauſa appellationis,ſicut peremptoria,& quòd iſta exceptio ſit peremptoria per obliquum:

tenet

tenet lapus allegatione.82.incip.in cā matrimoniali.n.9.Secundū vltimam impreſſionem,Sed D.Ant.in c.1.de except.in 2.not. Dicit,ꝙ exceptio teſtium reprobatoria in perſonas,non poteſt opponi,uel probari poſt ſententiam, unde idem dicitur de ea quòd de peremptoria,& idem Doctor ibi.in 3.oppo.reſpondendo ad contraria diſtinguit inter ſententias quæ non tranſeunt in rem iudicatam:& iſto caſu dicit quòd talis exceptio in perſonas poteſt quan docūque opponi. In cauſis vero in quibus ſententia tranſit in rem iudicatam,ſi eſt appellatum poterit opponi in cauſa appellationis quia eſt quaſi peremptoria. Et hoc maxime quando opponens ignorauit talem exceptionem ſibi competere in prima inſtantia,& poſt appellationem didicit,quia tunc admittitur in cauſa appellationis,cum iuramento.Et ad hoc allegat d.cap. præſentium. de teſtibus.ſubdens quòd in quantum dicitur ibi, quòd non admittitur poſt ſententiam,debet intelligi niſi ſit appellatum:quod ſi non fue-
51 rit appellatum † talis exceptio non admittitur poſt ſententiam: ſicut,nec aliæ peremptoriæ regulariter admittuntur, quia hæc eſt exceptio peremptoria,ſaltem per obliquum :ut etiam dicebat Lapus in d. allegatione 82. Et ad illud dictum quòd in ſententijs quæ non tranſeunt in rem iudicatam,quòd poſſit opponi crimen poſt ſententiam contra teſtes, ait hoc intelligere cum diſtinctione capituli,ſicut.de teſtib.an res ſit integra uel non, quia per hoc quod arguatur perſona, non tamen concluditur dictum ſuum eſſe falſum,quia etiam criminoſus potuit dicere uerum: iuxta illud ꝙ ſæpe ueritas inuito pectore fluit. Et habemus in Euangelio quòd Caiphas criminoſus dixit uerum,quando inquit,Bonum eſſe quòd unus moreretur quòd populo,& non tota gens periret.

Hæc ſunt quæ pro nunc mihi occurrunt,in hac materia reprobationis perſonarum teſtium:quæ in hac ciuitate de raro practicantes utuntur,& quæ magis alibi ipſis practicantibus inſeruire poterit & prodeſſe. Atque inprimis iudicibus maxime tironibus:
52 † pro quibus principaliter motus fui ad compilandum iſtud opus. Sed pro perfectione huius capituli, unum aliud pro inſtructione iudicis omittere non poſſum:nam quando iudex uidet,quod quis vult reprobare teſtes contra ipſum examinatos ſiue ante publica-
53 tionem Dictorum ipſorum teſtium ſiue poſt † Dicat & imponat tali reprobare uolenti,quod oſtendat ſibi ubi proteſtatus fuerit,ſe uelle facere dictam reprobationem:tempore delati iuramenti ipſis

ſis teſtibus,quos reprobare intendit.iuxtà prædicta, dum diximus dictam proteſtationem eſſe neceſſario faciendam,ne aliàs cenſeatur approbaſſe perſonas teſtium contra ſe inductorum.Nam ſi non poterit oſtendere ſe feciſſe dictam proteſtationem in actis tempore delati Iuramenti,ipſe iudex habebit illum repellere, & non audire,ſuper reprobatione perſonarum huiuſmodi teſtium per ipſum approbatorum,ubi uero ex actis oſtenderet ſe dictam prote-
54 ſtationem feciſſe,tunc ipſe iudex attentis præmiſsis: † conſideratis natura cauſæ,præſumptione malitiæ, & alijs circunſtantijs poterit arbitrari,an talis reprobare uolens teſtes ſit admittendus ad reprobationem huiuſmodi,quæ eſt odioſa,& non ita paſſim admittenda ut ex ſuperius deductis cuilibet liquere poteſt.

SVMMARIVM.

1 *Iudex requiſitus per partem teſtibus indigentem, debet ipſos teſtes (ſe ſubtrahentes & nolentes deponere) cogere.*

2 *Iudex in quibus caſibus poſſit & debeat cogere teſtes & in quibus nõ uide hic remiſſiue,& ratio habetur.*

3 *Teſtis qui ueritatem occultat: ei qui mendacium dicit equiparatur:& quare.*

4 *Teſtis qui loquitur mendacium: uel non libere pronuntiat ueritatem; proditor eſt.*

5 *Teſtis qui loquitur malitioſe uel obſcure tenetur tanquam falſarius.*

6 *Teſtis officium eſt in ſe publicum.*

7 *Perſonæ priuilegiatæ,quæ non poſſunt cogi de iure ad teſtificandum quæ ſint,uide hic remiſſiue.*

8 *Priuilegiati qui aliàs ad teſtificandum cogi non poſſunt,coguntur in caſu,quo ueritas aliter haberi non poſſet.*

9 *Veritatem aliter haberi non poſſe,quam per teſtes priuilegiatos qualiter probari poſſit.*

10 *Teſtes non coguntur in criminalibus, ſiue de crimine ciuiliter, ſiue criminaliter agatur,maxime de conſuetudine Romanæ Curiæ.*

11 *Litterarum remiſſorialium forma extenſa habetur in loco hic citato.*

12 *Teſtes,qui non ſunt de iuriſdictione iudicis per illum cogi non poſſunt,et ideo fuit adinuenta Practica literarum remiſſorialium.*

13 *Iudicis officium eſt refrænare ſuperfluum numerum teſtium*

14 *Iudex*

14 *Iudex reprobare uolens numerum teſtium quomodo caute procedere, & quæ conſiderare debet.*

15 *Renuntiatio ulterioris numeri teſtium quomodo caute fieri debeat, & an & quando iudex poſſit cogere partes ad renuntiandum.*

16 *Iudex qualiter procedere debeat ad publicationum teſtium, ut ipſa ualeat, & effectum operetur.*

17 *Publicatio teſtium debet fieri rite, ideſt ſolemniter ut hic habetur.*

18 *Publicatio teſtium coram quo iudice ſit facienda, uide hic, & ratio utique habetur.*

19 *Publicatio teſtium, qualiter fiat coram iudice uide hic.*

20 *Iudex qualiter interloquatur ſuper publicatione teſtium.*

21 *Atteſtationes teſtium rite publicatæ, indiſtincte ualent etiam perempta inſtantia.*

22 *Notario qui ſcripſit atteſtationes abſente, poterit alius de mandato iudicis illas publicare.*

23 *Publicatio atteſtationum eſt de ordine iudicii.*

24 *Publicatio atteſtationum dat maius robur illis.*

25 *Publicatio atteſtationum eſt ordo præambulus ad incluſionem in cauſa quæ poſtea ſequitur.*

26 *Publicatione atteſtationum facta: regulariter cenſetur præluſa uia producendorum teſtium.*

27 *Publicationis teſtium facienda modus differens a modo de quo ſupra nu. 20 hic traditur.*

28 *Publicatio teſtium an poſſit omitti & ſi procedatur ad ulteriora (ea non facta) an ualeat proceſſus.*

29 *Publicatio teſtium non eſt de ordine iudiciorum ſubſtantiali.*

30 *Publicatio ſi omittatur proceſſus non uitiatur, & imptuan. eſt ei qui non petiit publicationem.*

31 *Publicatio teſtium multo minus requiritur in cauſis ſummarijs.*

32 *Iudex aduertat quòd ſi publicatio teſtium ab eo fuerit petita, et ipſe nolit illam concedere; dicitur grauare partem quæ ab eo poſſet appellare.*

32 *Publicatione teſtium petita a iudice & per eum denegata poteſt ab eo appellari.*

33 *Publicandorum teſtium regula fallit in pluribus caſibus, de quibus hic remiſſiue.*

34 *Iudex dubitans an publicatio teſtium ab ipſo petita ſit facienda nec ne poteſt recurrere ad loca hic citata.*

35 *Publicatio*

35 *Publicatio teſtium ſine apertura & manifeſtatione atteſtationum non ſufficit ad excluſionem receptionis aliorum.*

36 *Publicatio facta, parte abſente, & non citata, & ſine mandato uel decreto iudicis: non eſt attendenda.*

37 *Publicationem obtinens ſi eſt perſona rudis, & ſimplex, non dicitur didiciſſe teſtificata, eſto quod habuerit penes ſe dicta teſtium & legi audiuerit.*

38 *Iudex poterit animaduertere ad acta facta coram ipſo, circa examen teſtium, & ad modum procedendi ſtatutum: ut ſciat an ſint attendenda per eum dicta teſtium.*

39 *Teſtes ſi iurarunt dicere ueritatem ſuper tota cauſa: hoc eſt multũ attendendum ad excluſionem poſt publicationem.*

40 *Priuilegium aliquibus perſonis conceditur ut facta publicatione reſtituantur, ad examinandum alios teſtes contra regulam iuris.*

41 *Reſtitutio minori non conceditur, ad producendum teſtes poſt publicationem, ſuper exceptione dilatoria, uel declinatoria.*

42 *Reſtitutio in integrum ad probandum omiſſa oppoſita, non conceditur minori poſt publicationem.*

43 *Reſtitutio in integrum poſt publicationem non conceditur minori, ad producendum nouos teſtes, contra eum, quem criminaliter accuſauit.*

44 *Mulieri & ruſtico non ſucurritur (ſecundum magis communem opinionem) ut poſſit producere teſtes facta publicatione: limitatur tamen ut hic.*

45 *Ignorantia probabilis eſt iuſta cauſa reſtituendi mulierem & ruſticum, ad producendum alios teſtes poſt publicationem.*

46 *Iudex in reſtitutione concedenda minori & alijs priuilegiatis: debet adhibere non modicam cauſæ cognitionem, & inquirere de læſione, & practica illam probandi habetur hic.*

47 *Minor & alij priuilegiati, qui uellent reſtitui poſt publicationem in cauſa poſſeſſorij non eſſent admittendi.*

48 *Teſtes examinati ſi publicatis atteſtationibus illiſque uiſis, reperiãtur ſuper aliquo capitulo ex productis non depoſuiſſe: poſſunt ipſi & alij ſuper eo examinari, quod tamen limitatur ut hic.*

49 *Examinatione teſtium exiſtente nulla, non obſtante publicatione poſſunt teſtes de nouo recipi.*

50 *Publicatio teſtium nulliter facta etiam didicitis teſtificatis non impedit productionem aliorum, ſuper eiſdem articulis, uel directo contrarijs:*

tam

tam in cauſa principali, quam appellationis.

51 Aduerſarij ſui teſtificata diſcens et non ſua non debet habere dilationem, ad confirmandum teſtimonia ipſius: & quomodo hoc intelligatur uide hic.

52 Teſtificata didiciſſe, quomodo & qualiter quis dicatur.

53 Regula quòd poſt publicationem quis non admittatur &c. fallit quando agitur de beneficijs, & ratio ponitur.

54 Iudex ſupplet de facto quando agitur de beneficijs, maxime curatis, & quia agitur de periculo animæ.

55 Publicatio nõ obſtat, in cauſa matrimoniali: in qua allegatur impedimentum cognationis ſpiritualis.

56 Publicatio non obſtet in omnibus caſibus in quibus de præiudicio animæ tractatur ſeu tractari poſſet.

Animæ præiudicium ubi uerſatur publicatio teſtium non obſtat.

57 Publicatio teſtium non obſtat, quando alij teſtes examinarentur ad confirmandum ſeu coadiuuandum intentionem principalem iam fundatam.

58 Publicatio & apertura teſtium coram arbitro non impediunt: quin huiuſmodi teſtes poſſint iterum examinari, & pars aduerſa utique alios producere coram iudice.

59 Publicationem ſolam ſufficere ad precludendam uiam ulteriori productioni teſtium non eſt ita expeditum, niſi fuerint didicita teſtificata.

60 Publicatio proceſſus & omnium actionum coram iudice fact. non impedit ulteriorem examinationem teſtium, & habetur ratio.

61 Cauſa quod ſit cognoſcenda ſummariæ ſine figura iudicij & ſola facti ueritate inſpecta: operatur ut publicatio non ſit attendenda; ad effectum impediendi ulteriorem examinationem.

62 Publicationis petitio teſtium examinatorum, an ſufficiat ad excluſionẽ ulterioris examinationis.

63 Publicationem teſtium petens: ex ipſa petitione cenſetur fateri ſe didiciſſe teſtificata, ſecundum Ancharanum, ſed uide contra.

64 Præſumptio non poteſt operari pluſquam ueritas.

65 Publicatio, in materia teſtium, diſtinguitur in duos ſpecies, ut hic habetur ex Baldo.

66 Publicatio inſinuatiua, quæ eſt quando dicta teſtium ſunt lecta, & illa quæ impedit ulteriorem productionem, & de practica curiæ Romanæ in iſtis hic habetur.

67 Practica ſeruat quod non prohibeatur aliquis inducere nouos teſtes, ni-

ſi poſtquam uidit & didicit atteſtationes priorum, & quid in curia Romana.

68 *Reiectio examinationis nouorum teſtium non tantum fit propter timorẽ ſubornationis quantum pro eo, quia pars quæ acquieuit publicationi uidetur tacitè renuntiare productioni ſuper illis articulis productis.*

69 *Publicatio illa, quòd ſufficiat quando atteſtationes reperiuntur apertæ. & in actis conſtat de publicatione facta per iudicem: ſed uide ibi contra.*

70 *Publicatio atteſtationum non inducitur ad excludendum ulteriorem inductionem propter uiſionem exempli ipſarum atteſtationum: ſed uide contra.*

71 *Exemplum atteſtationum debet habere ſuas partes ſubſtantiales & eſſe in forma probante, ad hoc ut per illius uiſionem dicatur inducta publicatio ipſarum atteſtationum.*

72 *Iudex qui poteſt procedere nulla iuris uel ſtatutorum ſolemnitate ſeruata, poteſt admittere nouos teſtes poſt didicita teſtificata.*

73 *Clauſula, ſine figura iudicij, & iuris ſolemnitate, operatur quod non ſit attendenda teſtium publicatio, & idem dicitur de clauſula, ſola facti ueritate inſpecta.*

74 *Clauſula, ſola facti ueritate inſpecta: habet multos effectus, in caſibus practicalibus, de quibus per Doctores hic citatos.*

75 *Practica inducta a maioribus noſtris in ciuitate Bononiæ, quòd publicatio teſtium non obſeruatur, ſed ſimpliciter procedatur ut hic dicitur, rata fuit a clauſulis in ſtatutis noſtris appoſitis, uidelicet ſine figura iudicij, & ſola facti ueritate inſpecta.*

76 *Practica quæ hodie ſeruatur in quocunque foro temporali, in hac ciuitate ponitur hic.*

77 *Regula, quod publicatis atteſtationibus, & didicitis teſtificatis, non admittantur alij teſtes &c. non procedit ubi producta fuiſſent plura capitula, & ſuper aliquibus ex eis ſeparatis ab alijs, aliqui teſtes inducti non fuiſſent.*

78 *Regula quòd publicatio, & uiſio atteſtationum obſtet, limitatur a ſtatuto Bonon. ut non procedat in probationibus parentelæ, uel mortis, in cauſis appellationum, etiam ſuper eiſdem capitulis.*

CAPVT.

DECIMVMOCTAVUM CAPVT.

SVBSEQVENTER, vt obſeruem per me pollicita ſuprà in proximè præcedenti capite, nunc eſt videndum de publicatione teſtium examinatorum, & de ipſius publicationis materia. Et primò antequam vlterius progrediamur, occurrit mihi referre unum aliud, quod ſæpe in iudicijs contingere poteſt; nam aliquando teſtes examinandi per aliquem ad iuris ſui liquidationem, amore, timore, prætio, uel aliqua alia humana gratia ducti, ſe ſubtrahunt: & nolunt deponere veritatem, quam ſciunt. Et ideò neceſſe eſt ꝙ pars, quæ indiget teſtibus requirat iudicem ut illos cogat per iuris remedia oportuna ad per-
1 hibendum teſtimonium veritati. † Quod ipſe iudex denegare non debet, attenta iuris diſpoſitione, nam habemus titulum extra, de teſtibus cogendis, in decretalibus, ſub quo titulo habetur in quibus caſibus, iudex poſſit, & debeat cogere teſtes: & in quibus non
2 † & ratio huiuſmodi coactionis faciendæ, eſt: ne veritas occultetur & ne malus, ut bonus æſtimetur, ſecundum glo. in cap. primo, in gl.
3 prima, de teſtib. cogen. ſciendum eſt enim † quòd qui veritatem occultat æquiparatur ei, qui mendatium dicit: quia ille prodeſſe non vult, & iſte nocere deſiderat. vt eſt pulcher text. in ca. quiſquis 11. q. 3. dicit enim ibi textus; Quiſquis metu cuiuſlibet poteſtatis veritatem occultat; iram DEI. ſuper ſe prouocat; quia magis timet hominem quàm DEVM; cuius contrarium fieri debere docuit nos CHRISTVS in Euangelio, cuius verba habentur in
4 c. nolite, eadem cauſa & quæſt. ubi gloſſa vltima, ait † quòd proditor eſt qui loquitur mendatium, uel non libere pronunciat veritatem. Et ad hoc optimè adſtipulatur doctrina Bartol. in l. ea, quæ commendandi. ff. de contrah. empt. ubi notat finem illius legis, inquiens, quòd quis falſum committit in tacendo, quod dicere debuit uel in loquendo obſcure, ſubdens, Vnde teſtis, qui omittit dice-
5 re verum † uel qui loquitur malitioſe, uel obſcurè illud, quod dicit, tenetur tamquam falſarius, de quo dicit uidendum in l. presbyteri. C. de epiſc. & cler. & in l. venditor. ff. de dolo. & ad materiam iſtam, eſt ſciendum quòd regulariter teſtes ſe ſubtrahentes, & teſtificari renuentes ſunt compellendi ad teſtificandum. Et poteſt aſ-
6 ſignari alia ratio; † quia officium teſtis eſt in ſe publicum: ut per

Abb.

Abb.poſt Innocen.ibi citatū per eum in rubrica huius tituli,de teſtibus cogen. ſed fallit iſta regula in pluribus perſonis priuilegia-
7 tis:ut de iure cogi non poſſint de quibus † per Specu.in titu.de teſte. §.de teſtium compulſione: ubi talis priuilegatos enumerat. & ideo ad illum me remitto. Item,& ſecundo eſt ſciendum, ꝙ proximè dicta concluſio limitatur,ut ſcilicet non cogantur dicti priuile-
8 giati niſi eſſemus † in caſu,in quo ueritas aliter quam per ipſos haberi non poſſet, & ſic deſſicientibus alijs probationibus.ſed operæ
9 precium eſt intelligere, † quomodo dicatur conſtare , rem aliter probari non poſſe,& ueritatem haberi,niſi per tales priuilegtatos: Et ad hoc reſpondetur eſſe cōſiderandū; an ſint in actu ex cuius natura alij teſtes non poſſunt concurrere: ſeu adeſſe veriſimiliter ex natura ipſius facti, ita inquit in effectu Dominus Antonius de Butrio, in ca.tertio loco, de probat.in fine numeri 14. quem allegat, & ſequitur Alexan.in conſi.65.num.8.in ſecundo volum. Et Gramat.in conſil.ſecundo.num.nono, in uolum.criminal.& Dominus Anton.præfatus in conſil.24.colum.fin.verſic.non obſtant iura &c. Cui autem incumbat onus probandi,quòd ueritas aliter haberi nō poſſit, quam per dictos teſtes priuilegiatos, uideatur Abb.in cap. ſuper eo.de teſt. cogen. num.4.uſque in finem,& ibi Felyn.nu.10. ubi aſſignat rationem, ſciendum eſt etiam quòd dicta regula ſu-
10 pra primo loco poſita † non procedit in criminalibus,de iure canonico:quia eſt differentia in hoc inter ius canonicum,& ius ciuile; ut colligitur ex notatis per Abb.in cap.primo,colum.fin. de teſtibus cogendis,& per Gofred.in ſumma illius tituli,ubi affirmat ſub num.3.quòd conſuetudo Romanæ curiæ ſe habet, ut nullum teſtē cogat, ubi de crimine agitur, qualitercunque de ipſo agatur, ideſt ſiue ciuiliter ſiue criminaliter.Et quòd propterea ſeruat ipſa curia, ut in literis remiſſorijs non apponat illa clauſula conſueta,uidelicet,teſtes autem,qui fuerint nominati,ſi ſe gratia,odio &c.de qua per Specu.in tit,de teſte.§.qualiter autem,in uerſi.ſcribit autem iu-
11 dex &c. ubi ponit extensè † formam literarum remiſſorialium, & in calce illarum ponit illam clauſulam, de qua etiam loquitur ſub dicto titulo de teſte. in dicto §. de teſtium compulſione.in uerſi.illud autem notandum eſt,ubi facit mentionem de uſu Romanæ curiæ, dicens ꝙ regulariter dicta clauſula ponitur in commiſſionibus,quæ a ſede Apoſtolica emanant;(credo ꝙ uoluerit dicere in literis remiſſorijs)& poſtea ſubdit,quòd fallit hoc in quibuſdam ca

ſibus,quos ibi enumerat,in quibus non apponitur dicta clauſula, & dicti caſus enumerati ſunt ſexdecim. & in calce dicti §. ſubdit, ſed ne præmiſſi caſus faciant te errare: uide quod notatur ſupra, & ſecundum Papam extra de teſtib.cogen.cap.1.Et hoc intelligitur de Papa Innocentio Quarto in ſuo commentario dicti capituli primi.

Quò uero ad teſtes, qui non ſunt de iuriſdictione iudicis,clarũ
12 eſt † quòd iudex ipſe,non poteſt illos cogere:quia non poteſt apponere falcem in meſſem alienam. Iccircò fuit adinuenta practica dictarum literarum remiſſorialium,quibus mediantibus iudex cauſæ in ſubſidium iuris,rogat,& requirit iudicẽ ſub cuius dominio,& iuriſdictione teſtes examinandi morantur,ut uelit ipſos teſtes examinare,& ſe ſubtrahentes cogere, de quibus literis remiſſorijs,& illarum materia ſcripſi ſuprà.

Sunt etiam quidam actus,qui (ut ordinariè procedatur) debent præcedere publicationem. & in primis refrenatio numeri teſtium; quia quandoque in practica occurrit, quòd litigatores procedentes ad inuicem in cauſa iracunde, & biliosè (vt ita dicam) ſatagunt inducere magnum numerum teſtium,etiam ſuperfluè:ut cogantur ad inuicem facere ſumptus, & ſufferre labores ſuperfluos;
13 Ideo officium iudicis eſt † in iſtis caſibus refrenare numerum teſtium,& prouidere malitijs litigatorum,per tex.pulcherrimum.in l.prima,§.quamquam. ff.de teſtibus. & habetur in cap. ſignificauerunt, & in cap. immediatè ſequenti.ext.de teſtibus. & dicit glo.ibi
14 ſuper uerbo (effrenatam) quòd iudex in hoc debet † conſiderare magnitudinem cauſæ,& perſonarum qualitatem, & ut latius ibi p cum. De hoc etiam tractat Specul.in dicto tit.de teſte.§.reſtat de numero &c. colum.fin.ubi docet iudicem qualiter prudenter ſe gerere debeat cum partibus, ad faciendum huiuſmodi refrenationem. & ideo iudex in huiuſmodi caſu poterit ad illum recurrere, & ad Innocen.Papam in c.cauſam,quæ.de teſtibus.

Alium quoque actum habemus,qui uocatur renuntiatio productioni teſtium,qui tamen in partibus noſtris nunquam uel raro practicatur, ſi tamen quis uellet uidere qualiter fieri poſſit, & an, & quando iudex poſſit cogere partes ad renuntiandum, & quomodo ipſa renuntiatio cautè fieri poſſit,& debeat,uideat Specul. in titul. de teſte. §. ultimo, ſub rubrica, de renuntiatione teſtium productioni.

Venio

Venio mòdo ad materiam publicationis teſtium iuxta ſupra p
16 me pollicita, & in primis quæro † qualiter iudex procedere debeat ad publicationem, ad hoc ut ipſa ualeat, & effectum opere-
17 tur, & dicas † quòd ipſa publicatio debet fieri ritè, hoc eſt ſolemniter, ut probat tex. in clemen. ſecunda, de teſt. quia ſi illa fieret indiſcretè, inſcia, uel inuita parte, per ipſum iudicem, pars quæ nondum didicit teſtificata adhuc teſtes producere poſſet: ut per gloſſ. dicta clemen. ſecunda, in verbo (publicatis) hoc idem probat Ioannes Andreæ in cap. ſeries. colum. ſecunda, in principio, ubi loquitur de iſta indiſcreta publicatione, quæ non præiudicat, ad quod allegat Spec. in tit. de teſte. §. ſatis utiliter. uerſi. 16. & idem notauit ipſe Ioannes Andreæ in ca. fraternitatis. eo. tit. col. fin. in verſ. idem ſi inſcia uel inuita &c.

18 Secundò quæro † coram quo iudice ſit facienda publicatio teſtium, & dico quòd coram iudice cauſæ, ſiue ſit ordinarius, ſiue delegatus; quia illa fit officio iudicis mercenario, & ne continentia cauſæ diuidatur.

19 Tertiò quæro † qualiter fiat huiuſmodi teſtium publicatio coram ipſo iudice, & reſpondeo, quòd fit citato aduerſario, ut etiam colligitur ex dicta gloſſa in d. clemen. ſecunda, in uerbo (publicatis) & tenent Doctores in l. geſta. C. de re iudic. & præſertim Bald. poſt antiquos ibi ſub num. 2. & 8. qui etiam prędictas quæſtiones ſupra per me relatas ponit, & tenet, ut ſupra, & alias etiam de quibus infra in hac materia publicationis in d. l. geſta, & melius loquitur quam alij, & ideo ſemper ad illum eſt recurrendum.

Quartò quæro, qualiter fiat iſta publicatio, id eſt quis modus ſit tenendus ad illam faciendam, & reſpondetur per Bald. ubi ſupra ſub num. 18. quòd poſtquam uia producendorum teſtium eſt præcluſa, iudex partibus præſentibus, uel altera abſente citata tamen,
20 aliàs illi non præiudicaret, † interloquendo pronuntiabit, & mandabit notario, quòd dicta teſtium redigat in publicam formam, & notariius hoc faciet, ut tenetur, ſtante dicto mandato, & tunc atte-
21 ſtationes † ſic publicatæ indiſtinctè erunt ualidæ, etiam perempta inſtantia: ut per Bald. in dicta l. geſta. nu. quinto, & ſequitur Salyce. ibi.

Quintò quæro. pone quòd Notarius, qu ſcripſit atteſtationes in cauſa, eſt abſens, nunquid alius Tabellio, de mandato iudicis po-
22 terit eas redigere in publicam formam, † & reſpondetur quòd ſic,

quia multa conceduntur propter abſentiam, quæ aliàs non concederentur, ut notatur in l.ſi longius.ff.de iudicijs.& ne alteri per alterum damnum inferatur iuxta regulam iuris, de qua in ſexto decretalium.

Sextò quæro, an iſta publicatio ſit de ordine iudicij, & reſponde
23 tur quòd ſic, † ſecundum Marant.in ſuo Speculo aureo, in ſecunda parte ſextę partis principalis fol.74.ſecunda facie, in quarta colum. dicti fol. ſecundum magnam impreſſionem in principio dicti
24 vndecimi actus, ubi dicit † quòd per ipſam publicationem datur maius robur atteſtationibus, & allegat Bal.& Doctores, in d.l.geſta, & canoniſt.in cap.cauſam, quæ.de teſtibus, & Bart.in l. ſolam.
25 C.eod.tit.eſt enim, ut ipſe dicit, ordo † præambulus ad concluſionem in cauſa, quę poſtea ſequitur, ſubdens ꝙ fit partibus pręſentibus, uel altera citata, & contumace, aliàs non ualet.& aduertat iu-
26 dex † quòd ex tunc facta dicta publicatione atteſtationum, regulariter cenſetur præcluſa uia producendorum teſtium, ut inquit idem Marant. loco præallegato, parum ante numerum ſecundum, quod intelligit Speculator ſuper eiſdem articulis, in titu. de teſte.in §.ſatis utiliter, & compendioſè &c. in uerſic.hoc etiam nota, ibi. nec etiam atteſtationibus publicatis &c. Quo in loco in principio 2 colum. dicti §. firmat, quòd iudex uolens publicare teſtes debet uocare partes, quibus non uocatis, non debet aperire, uel publicare ipſas atteſtationes, allegat.capitu.cum.I.&.a.de re iudic.& alia iura de quibus ibi, & maximè uocare debet eam contra quam ſunt
27 producti, † & poſtea ponit alium modum, & formam faciendi, & ſcribendi publicationem, in aliquo differentem à modo, & forma traditis per Bal.in d.l.geſta.de re iudi. quem ſequutus fuit Maran. loco ſupra citato.

Septimo quæro, an poſſit omitti iſta publicatio, & ſi procedatur
28 ad ulteriora, ea non facta, an ualeat proceſſus, † & reſpondetur ꝙ ſic, ſecundum communem concluſionem, ita tenent Abb.& Petr.& Fely, in d.c.cum.i.&.a.& alij citati ad hoc per Maran. in dicto undecimo actu ſub num.3.quæ deciſio prima facie uidetur contra dicta per eundem in principio dicti actus undecimi, dum dixit ꝙ il-
29 la nō eſt de ordine iudiciorũ, niſi dicamus ꝙ illa non eſt † de ordine ſubſtantiali, ut inquit Petr.de Anchar.in conſi. infra ſtatim allegato: quia ſi eſſet de tali ordine uitiatur, quia eſſet defectus in ſubſtantia iuxta notata per Bart. & alios in l.prolatam.C de ſentent.

&

interlocut. omnium iudic. & per canoniſt. in cap. de cauſis. de offic. deleg. & ꝙ publicatio non ſit de ſubſtãtia proceſſus & ꝙ eius omiſ
30 ſio nõ uitiet † ſed ꝙ ſit de iuſtitia, vnde ſi omittitur, eſſet cõtra ius litigatoris cui imputat᷑ ſi non petit publicationẽ, unde tenuit Marar. loquens etiam in cauſis ordinarijs, & de communi atteſtans in d. ſuo ſpeculo, in nona diſtinctione principali iudiciorum folio 29. ſecundo fallit. in uerſi. 6. operatur, ut non requiratur &c. num. 17.
31 iuxta dictam magnam impreſſionem. Ergo multo minus † requiritur in cauſis ſummarijs, ut ipſe Marant. ibi latiſſime tenet, allegat tamen Bartol. in extrauaganti, ad reprimendum, in uerbo figura. in tertia colum. tenentem ꝙ publicatio etiam in ſummarijs, ſit neceſſaria, quia reſpicit defenſionem, nihilominus inquit, quòd dictum Barto. huiuſmodi ita ſimpliciter intellectum non eſt uerum, ſed eſt contra communem opinionem, & ꝙ ut ſaluetur debet intelligi ꝙ eſt neceſſaria, ſi petatur, & quod ita illud ſaluat Felyn. in dicto capitu. cum i. & a. Sed ad prædicta uide omnino Petr. de Anchara. in conſi. 13. incip. omiſſio publicationis atteſtationum &c.

Aduertat iudex, ꝙ ſi talis publicatio ab eo fuerit petita, & ipſe
32 nolit illam concedere, dicitur grauare partem, † quæ propterea ab eo poſſet appellare quaſi a denegata iuſtitia & defenſione, ut patet ex prædictis, & præſertim ex Petr. de Anchar. in dicto conſil. & ex ſcriptis per Cardin. Zabarell. & Abb. in dicto cap. cum i. & & a. de re iudic. & ideo illam non denegat, ſed potius concedat.

Animaduerti ego ꝙ Marant. in dictis locis, ut plurimum loquitur de publicatione proceſſus, quaſi ꝙ dicta illius non uideantur poſſe allegari ad publicationem atteſtationum teſtium examinatorum in cauſa, ſed poteſt reſponderi, ꝙ rationes militantes quo ad publicationem proceſſus, multo magis militant quoad publicationem dictarum atteſtationum, ut patet ad ſenſum: ergo &c.

Et nõ ab re quidem ſuperius dixi, ꝙ publicatio regulariter fieri
33 debet, quia in pluribus caſibus † qui pro fallentijs ad dictam regulam ponuntur illa neceſſario non eſt facienda, quorum caſuum uiginti & unum poſuit Specul. in dicto. §. ſatis utiliter, in ſecunda col. in dicto uerſ. nec etiam: ſupra citato: Sed multo plures poſuit D. Marian. Soc. antiquus in dicto cap. fraternitatis, de teſti. in Vndecimo principali articulo, vbi quinquaginta quatuor fallentias adduxit: à num. 36. uſque ad num. 89. incluſiuè, ad quos Spec. & Ma-
34 rian. quando caſus occurreret quiſque precurrere poſſet. † & præ

quas perſonas eſt minor vigintiquinque annis, Ita tenet Bar. Bal. & alij in l. ſi minor vigintiquinque annis omiſſam. ff. de minor. & in l. prima, §. nuntiatio. ff. de noui oper. nuntiat. & ratio eſt, quia teſtium productio poſt publicationem non admittitur propter timorem ſubornations, & ſic propter dolū præſumptum in futurum a quo dolo præſumpto, ſeu à qua doli preſumptione minor excuſatur, hoc colligitur ex dictis per Bar. in d. l. minor. numero 2. qui vult quòd admittatur ipſe minor per beneficium reſtitutionis in integrum. Et ſic ut iſta doctrina non intelligatur ita ſimpliciter, uidelicet ꝙ ipſe minor abſque alio admittatur & quòd per uiam reſtitutionis ſit admittendus in iſto caſu tenet Alex. in d. §. nuntiatio num. 32. uerſ. extra gloſſ. ubi ſubdit hoc eſſe limitandum niſi minor diligentem inquiſitionem feciſſet in perquirendis teſtibus antequam atteſtationes publicarentur, & tamen eos inuenire non potuit. Nam ex quo non fuit læſus dolo aduerſarij, nec ſui facilitate; non debet reſtitui, & ad hoc allegat iura, & doctrin. Spec.
41 vt ibi per eum. Secundo limitat † niſi peteret reſtitutionem ad producendos teſtes ſuper aliqua exceptione dilatoria, uel declinatoria iudicij, quia tunc propter modicum præiudicium non concede-
42 retur reſtitutio. Tertio limitat non procedere † quando peteret ſe reſtitui ad probandum crimina oppoſita contra aduerſarium.
43 Aliam limitationem † huic concluſioni ponit Iaſ. in d. §. Nuntiatio. in penult. col. prope finem. uidelicet quando minor peteret ſe reſtitui ad producendum nouos teſtes contra eum, quem criminaliter accuſauit.

An autem mulieri, & ruſtico ſuccuratur ut poſſint producere
44 teſtes poſt publicatas atteſtationes? † & inquit idem Alex. ubi ſupra, quòd magis communiter tenetur quòd non. allegat Bald. & Modernos in l. iuris ignorantia. C. qui admitti, & multas alias deciſiones. idem late tenuit dominus Marianus Soc. in repetitione dicti cap. fraternitatis. num. 32. affirmans quòd hanc opinionem ſequuntur communiter doctores, & in ſpecie illam ſequitur Alc. in dicto §. nuntiatio, aſſerens ſe alibi tractaſſe, hoc eſt in l. 2. C. de in ius uocand. Iſta concluſio tamen limitatur; ut procedat quan-
45 do ex ſola fragilitate mulieris cauſaretur læſio † ſecus ſi ex probabili ignorantia. Quia tunc reſtitueretur ex illa cauſula generali, ſi qua mihi iuſta cauſa uidebitur. ita tenet Iaſ. poſt dominum Alex. ibi in dicto §. nuntiatio. propè finem dictæ col. pen. ibi in quantum

Bar.concludit & allegat ad hoc duo conſilia, unum domini Anton. de But.in conſ. 72.quod incipit,uiſis allegationibus, & aliud Petr. de Anch.licet corrupte illum allegat in conſi.375.ſed eſt in conſ. 393. Et melius facit Bal. in auth.at qui ſemel. C. de probat. col. prima in quinta fallentia,& D.Marian. in d c. Fraternitatis.ſub d. num.32.& Pariſ.ibidem poſt Abb.num.44.ubi citat dictum conſ. domini Antonij de Butr. & ad iſta uide Fel.in cap. intimauit de te ſtibus.in ſecunda colum.numero.4.ubi dicit quòd ſatis eſt deter minatum per dicta ibi,& per tex.& quod ibi Bar.in l.Diui frat res. ff.de except.quòd quando quis neſciebat habere quoſdam teſtes, & erat in probabili ignorantia,ſi poſtquam didicit teſtificata uelit reſtitui ad illos teſtes prius incognitos ſiue ignoratos producendum: quòd erit audiendus.

Et ſunt notanda duo omnino in hac materia. Primum eſt quòd illud,quod dicitur de minore,idem ſeruandum eſt in eccleſia: ut colligitur ex dictis per D.Marian.ubi ſupra ſub num.31. circa finem dicti numeri, & ex dictis per Alciat. in d.§. nuntiatio.col.fin. parum ante finem ibi, Et hæc quidem in minore procedunt &c. qui etiam allegat Aret.iſta ad fiſcum extendentem: & illum ſequitur cum non improbet, nec contradicat. Secundum uerò, quod aduertendum uidetur in hac materia eſt,ꝙ in dicta reſtitutione ſic
46 ut ſupra minori concedenda debet Iudex auhibere † non modicam cauſæ cognitionem, & debet diligenter inquirere de læſione ſecundum D.Marian.ſub d.num.32. qui ſub nu. 34. ponit practicã probandi læſionem,quæ eſt neceſſaria ad hoc, ut concedatur dicta reſtitutio.Et ibi ponit nedum unum modum probandi dictam læſionem ſed plures, & ulterius etiam iudex conſiderare debet in hoc negotio an læſio allegata, & probata ſit magna uel parua: quia pro modica læſione non conceditur reſtitutio ad textu. in l.ſcio, de in integr. reſtit.& dicunt Doctor. in dict.§.nuntiatio,exemplificantes in eo qui vellet probare exceptionem dilatoriam,uel aliquid,quod eſſet modici præiuditij, quò ad cauſam.
47 Ex quo infero † quòd ſi uellet reſtitui ad probandum in cauſa meri poſſeſſorij fortè non eſſet ſibi concedenda reſtitutio, quia talis cauſa modici præiuditij reputatur ad text. cum ibi notat.in l. unica.C.ſi de moment.poſſ.fuer.appe.facit deciſ.Mateſil.in ſuo notab. ſecundo incipien. Nota, quòd in iudicijs poſſeſſoriis, ibi quòd ex quo agitur de læui præiuditio. ideo probatio per famam

uel

uel per unum teſtem uidetur habere uim plenæ probationis. Et facit deciſ. Rotæ 458. in antiquis. Et poſſet inferri ad plures alios caſus, quos omitto breuitatis cauſa.

Addo etiam, ꝙ publicatis atteſtationibus, & didicitis teſtifica tis per producentem: ſi non depoſuerunt teſtes ſuper aliquo capitulo ex productis: præſumitur non depoſuiſſe ex eo, quòd dolo omiſſa fuerit interrogatio ſuper eo per examinatorem. Et ideò
48 † poſſunt non obſtantibus prędictis interrogari ſuper tali capitulo ipſi & alij de nouo examinari: ſecundum Specul. in tit. de teſte §. nunc uidendum, in fine, & ibi Ioan. Andreæ in additione incip. ut dixi &c. ſequitur Fely. in cap. per tuas, de teſt. Sed iſta concluſio declaratur, & limitatur per D. Ioan. Anto. Rub. Alex. in conſi. 44. ex proceſſu agitatur. &c. ut non procedat ubi veriſimiliter poteſt ceſſare dolus, & culpa examinatoris. allegat Innocen. & poſt eum Fel. in d. c. per tuas. Deinde ponderat: quòd ex atteſtationbus apparebat ꝙ omnia, & ſingula capitula fuerant lecta, & vulgarizata teſtibus: & omnes teſtes in fine dicebant ſe nihil aliud ſcire de con tentis in capitulis, & iurauerant dicere veritatem ſuper tota cauſa & concurrebat etiam integritas perſonæ examinatoris, & ideo merito fuit reiecta petitio facta in illo caſu quòd teſtes de nouo examinarentur ſuper articulo ſuper quo non depoſuerunt.

Item addo ꝙ ubi teſtes nulliter recepti fuerunt, & depoſuerũt
49 non obſtante † publicatione poſſunt de nouò recipi, ita omnes tenent ſecundum Iaſ. in l. qui per ſalutem. num. tertio, ff. de iureiurãdo, qui tamen dicit ſe uehementer dubitare de iſta communi ſententia, & contra eã mouet aliquas difficultates, qua propter uidendus eſt, & de hoc aliquid dixit D. Gargiareus in dicto ſuo patroci nio 72. colum. 2. uerſi: Et dato ꝙ ſola publicatio &c. ubi ſub num. ſecundo, allegat Felyn. in d. cap. fraternitatis in ſecunda colum. nu. quinto, qui in effectu limitat regulam, quæ habet, quòd poſt publicationes atteſtationum, & didicita teſtificata impediatur productio ſuper eiſdem articulis, uel directo contrarijs tam in cauſa ap-
50 pellationis, quam in cauſa principali † ut non procedat quando dicta teſtium ſunt nulliter publicata, & ad hoc plures deciſiones, & auctoritates allegat, & in ſpecie Dominos de Rota in deciſione ibi citata per eum, qui tamen eſt videndus: ex quo allegat ultimò loco zengel. tenentẽ contrariũ, & melius (ut ipſe aſſerit). Nihilominus communis concluſio, uel ſaltem magis communis uidetur eſſe

pro

pro dicta limitatione, ut colligitur clarè ex adductis per ipſum Felyn. ubi ſupra ſub num. quinto, & per Iaſon in dicta l. qui per ſalutem, quo fit ut non ſit mirandum de aliquibus tenentibus contrarium.

Addo etiam pulchrum dictum Bald. in c. ultra tertiam. de teſtibus. in prima colum. nume. quarto, ubi tenet ꝙ ſi quis didicit † teſtificata aduerſarij, & non ſua, non debet habere dilationem ad confirmandum teſtimonia ſua, intelligendo tamen quando teſtificata aduerſarij ſunt directo cōtraria ſuis, quia dicit ipſe q. vidit unū contrariorum, uidit & reliquum inſt. de his qui ſunt ſui, uel alien. iur. ſecus autem ſi eſſent indirecte contraria, ut receptio, & exceptio. & dicit etiam ibi Bald. ſub num. quinto, & ſexto, plura alia, quæ ad propoſitum publicationis de qua loquimur faciunt. & in
52 ſpecie docet † quomodo, & qualiter quis dicatur didiciſſe teſtificata, & ideo uidendus eſt, quia iſtud eſt ſubſtantiale in hac materia.

Dicebat etiam Dominus Antonius de Butrio, in cap. ad petitionem, de accuſat. colum. ſecunda, nume. 14. ꝙ dicta regula fallit ſpe-
53 cialiter † quando agitur de beneficijs, & maximè curatis, & præcipuè de Epiſcopatu; quia tunc quilibet iudex, & maxime Papa ēt ubi eſſet concluſum in cauſa poterit teſtes recipere, quia agitur de periculo animarum, & ne quis per ſurreptionem obtineat, quia
54 † iudex in iſtis ſupplet de facto, & fortè ex hac ratione reperitur de
55 ciſum † quòd non obſtante publicatione in cauſa matrimoniali facta per illum, qui allegando impedimentum cognationis ſpiritualis uenit ad dirimendum matrimonium, poſſunt adhuc examinari teſtes. Ita firmant Abb. in c. iurauit. de probat. Felyn. & alij in cap. ſeries. de teſt. nempè quia in eo caſu agitur de anima, quia tale matrimonium eſſet nullum, & coniuges ſcienter in illo perſeuerantes committerent adulterium ſiue fornicationem. Hinc etiam uidetur
56 inferri poſſe quòd idem eſſet dicendum † in omnibus caſib. in quibus de præiuditio animæ tractaretur, ſeu tractari poſſet per identitatem rationis, & facit ad prædicta in cauſa matrimoniali declaratio D. Iaſ. in conſ. 15. in 3. vol.

Alium etiam caſum in quo non obſtat publicatio, adduci poſſet
57 uidelicet † quando teſtes exāminarētur ad confirmandum ſeu coadiuuandum intentionem principalem iam fundatam, de quo per Dec. in capit. primo, de probat. num. 42. iunctis dictis per ipſum in proxi-

proximo præcedenti, quia licet teſtes non poſſent recipi in prima, & principali probatione, tamen in iſta confirmatoria recipi poſsũt ad quod bene faciunt adducta per Marſil. in repet. rubr. C. de probation. colum. 13. parum poſt principium, & reperio quòd hanc opinionem in terminis noſtris ante Deci. tenuit Aquens. in l. final. C. de eden. nume. 19. & 20. At ad hoc habetur deciſ. Dom. Alex. in apoſtillis ad Bart. in auth. & qui ſemel. C. de probat. in apoſtilla magna, quæ incipit, communiter dicitur &c. ſub litera, a, ubi etiam habentur alij caſus.

Aduertendum eſt etiam per iudicem, quòd publicatio, & apertura teſtium coram arbitro factæ non ſunt impedimento, quin ta-
58 les teſtes † poſſint iterum produci, & examinari etiam inter eaſdẽ perſonas, & in eadem inſtantia coram iudice, & poteſt etiam pars contra quam producti fuerunt coram arbitro alios producere corã iudice. ita firmat D. Alex. in conſil. 84. in quarto uolum. colum. 2. in princi. ſub nume. ſecundo, in quo conſilio etiam dicit quòd non eſt
59 ita expeditum quòd ſola publicatio † teſtium receptorum coram iudice ſufficiat ad præcludendam uiam productioni teſtium, niſi occaſione illius publicationis fuerint didicita teſtificata, & plures deciſiones, & auctoritates, ac iura allegat: aſſerendo etiam Bártol. ita conſuluiſſe. firmat ẽt D. Alex. in d. cõſi. ſub nu. 7. ꝙ licet fuerit facta
60 publicatio proceſſus & omnium † actorum geſtorum coram iudice, non tollitur propter hoc, quin adhuc teſtes recipi poſsint: quia iſta publicatio eſt diuerſa ab ea publicatione atteſtationum in ſpecie facta, de qua loquuntur iura diſponentia non poſſe amplius produci teſtes. Et tandem idem Doctor etiam fundat ſe ex eo,
61 quòd illa cauſa in qua conſuluit erat cognoſcenda † ſummariè ſine figura iudicii, & ſola facti ueritate inſpecta: & ideo ſolùm debebat attendi diſpoſitio iuris naturalis uel gentium &c. ut ibi latius per eum in dicto conſi. quod eſt ualde pulchrum in hac materia.

Succedit hic alius paſſus ſatis dubius ſecundum Petrum de Anchar. in conſi. 223. ad euidentiam præmitto &c. in fine. uidelicet an
62 ad excluſionem productionis aliorum teſtium ſufficiat † quòd pars, quæ induxit teſtes prius examinatos petierit publicari atteſtationes illorum ſic examinatorum: & an talis petitio æquiparetur renuntiationi productionis teſtium: & ipſe Dominus Petrus in d. conſi. tenuit partem affirmatiuam, & in effectu dicit unum, quod mihi uiſum fuit mirandum (fortè propter ingenii mei tenuitatem

nam

63 nam dicit ipſe quod talis petens publicationem † ex ipſa petitio ne huiuſmodi cẽſetur fateri ſe didiciſſe teſtificata: quod neſcio uidere quomodo procedere poſſit, quia ſi atteſtationes teſtium examinatorum adhuc publicatę non fuerunt, ſequitur. quòd ſunt ſecretæ, & ſemper fuerunt penes notarium actorum qui tamquam ſua originalia acta penes ſe continuè retinere debet: & quidem ſub ſigillo, & ſecretè, immo ſi illas panderet ſine iuſſu iudicis poſſet puniri de periurio, & falſo ad notat. in cap. quoniam contra falſam de probat. Quomodo ergo poſſumus dicere uel inferre, quod ille qui petit publicationem dicatur fateri, ſe didiciſſe teſtificata teſtiũ

64 & quod hoc ſit præſumendum cum præſumptio † non poſsit operari pluſquam ueritas, quæ apparet ex prædictis, & ideo cum reuerentia tanti uiri dicta ſua deciſio in dicto conſil. firmata mihi non placet.

Et maximè, quia inueni Bald. in conſi. 152. plura &c. in primo uolum. tradẽtem pulchram doctrinam in propoſito noſtro, nam diſtinguit & dicit, quòd duplex eſt teſtis publicatio, una pronuntiatiua: quã

65 do † iudex dicit publicamus; & ſi ſtatum eſt in finibus iſtius uerbi, non impeditur teſtium productio. alia uerò eſt inſinuatiua quã do dicta teſtium ſunt lecta, & inſinuata partibus. Et iſta eſt illa,

66 quæ † imponit finem nouæ teſtificationi, quia eſt didiciſſe teſtificata, & ſubdit, ꝙ ita determinat Dominus Barto. in ſuis conſilijs, & quòd eſt ita ipſa ueritas, præſertim quando examinantur ſine interuallo temporis: quia textus in iſta materia plus ponderat didiciſſe teſtificata, quàm iudicis interlocutoriam, & certe iſta uidetur

67 uera & realis doctrina, quæ etiam ſeruatur in practica: † quia nunquam aliquis prohibetur inducere nouos teſtes, niſi poſtquam uidit & didicit atteſtationes examinatorum per prius. Et pro hac opinione, & practica facit doctrina Alexand. in dicto conſilio 84. Et in curia Romana ſeruatur quòd licet in prima inſtantia fuerit renuntiatum productioni ulteriori aliorum teſtium, tamen ſi non eſt facta publicatio, unuſquiſque litigantium poteſt in ſecunda, & tertia inſtantia ſuper antiquis, & primis articulis producere teſtes, arguendo à ratione ceſſante, uidelicet quia ceſſat ſubornationis timor, qui ad effectum reiectionis nouorum teſtium principaliter, & potiſſime conſideratur à iure, clemen. ſecunda, de teſtibus; & ita de huiuſmodi obſeruantia in curia ut ſupra atteſtatur Pariſ. in d c. fraternitatis nu. 7. circa finem.

Ad hanc tñ quæſtionẽ nunquid ſola publicatio ſufficiat,ut impediatur ulterior productio, & examinatio, an etiam requiratur, ꝙ pars didicerit teſtificata,uidendus eſt omnino do. Abb.in cap. fraternitatis num. 5. in paruis,uerſic. ſed circa prædicta &c.de teſtib. ubi opiniones plurium aliorum recitat,& ipſe opinionem ſuam po nens bene concludere uidetur,& inter alia dicit,quòd non tantum
68 quis reijcitur propter timorem ſubornationis eorum, & pro † eo quia pars,quæ aquieuit publicationi uidetur tacite renuntiare pro ductioni ſuper illis articulis, quod nota ad prædicta,& uideas D. Alex.in conſi.84.in quarto uolum.ſupra allegato.Aduerte tamen, quia poſtquam ſcripſeram prædicta,inueni Ioannem Bapt. Ferre. in conſil.153.latiſſimè firmantem,quòd eſt communis opinio;ꝙ ſo
69 la publicatio ſufficiat † quando atteſtationes reperiuntur apertę, & in actis conſtat de publicatione facta per iudicem partibus præ ſentibus,&non contradicentibus,ideo uideatur,& cogitetur,ꝙ ſi at teſtationes reperiantur pœnes notarium actuarium licet apertæ, quomodo poteſt dici ꝙ pars didicerit teſtificata,quia hoc eſſet di cere notarium deliquiſſe oſtendendo atteſtationes parti,ſine decre to iudicis,de quo per Bal.in d.conſ.
Addi poſſe uidebatur etiam unum dictum Bald. quod Roman.poſuit pro ſingulari in ſuo ſingulari.32.incipiente. Viſio exempli quod dictum eſt,in l.ultima. ff. quemadmodum teſtam.aperi.ubi inquit Bald. quòd uiſio exempli dictorum, ſiue atteſtationum te-
70 ſtium examinatorum,† non inducit illorum publicationem:adeo, quòd pars,quæ uidit dictum exemplum non poſſit ulterius produ cere teſtes, ſed dominus Ioan.de Imol.(ſub dubio tamen fortè)li mitat iſtud dictũ dicens,ꝙ dẽt intelligi uerum, niſi illud exemplũ eſſet ſcriptũ manu eiuſdẽ Tabellionis, qui ſcripſit originale, nam tunc cum ſit ueriſimile,quòd contineat illud idem quod originale, uidetur etiam ueriſimile, quòd habeat perfectam notitiam dictorũ ipſorum teſtium,ideo non poterit amplius teſtes producere; quia uidetur eadem ratio,quæ ſubeſt quando uidit originale,& per cõſequens idem ius eſt ſtatuendum. l. illud. ff. ad l. Aquil. cum ſimilibus.

Sed eſt aduertendum,pro intelligentia dicti Do.Ioan.de Imol. nam non uidetur illud ita ſimpliciter intelligendum, ſed debet intelligi ſecundum doctrinam domini Alexan. & hoc in authentica
71 ſi quis in aliquo documento.C.de edendo.uidelicet † quando exẽ-

plum prædictum haberet ſuas partes ſubſtantiales, & ex illo apparet, quòd notarius rogatus de originali inſtrumento feciſſet illud exemplum in forma probante, puta cum omnibus clauſulis requiſitis, & cum ſigno & ſubſcriptione ipſiuſmet notarij, ut inquit dominus Alexander ubi ſupra, in tertia fallen. ſecus autem quando appareret ex facie, & lectura ipſius exempli, quòd notarius non habuiſſet illud pro perfecto, & pro redacto in forma probante, ut per Soc. in dicta authentica. in penultima colum. prope finem. Et iſto caſu non procederet, nec haberet locum dictum Imolę de quo ſupra, quia aliter non daretur fides tali exemplo, iuxta terminos de quibus per Soc. ubi ſupra qui ita tenet.

Addo, etiam, quòd quando proceditur uigore alicuius ſtatuti di
72 ſponentis † quòd iudex poſſit procedere, nulla iuris uel ſtatutorum ſolemnitate ſeruata, ut ſignanter diſponit ſtatutum noſtrum, ſub rub. de arbitr. Domini Poteſtatis, & Capitanei Bonon. in cauſis pupillorum & uiduarum &c. in §. in quibus cauſis &c. tunc propter illa uerba, & illorum uigore, poſſunt teſtes produci poſt dicta teſtificata. Ita Roman. in rub. de arbit. numero 35. in uerſi. item uigore dicti compromiſſi &c. iuncto alio dicto eiuſdem in uerſic. decimoſeptimo ſtatutum dicit &c. num. 25. pro qua deciſione adduco Do. Iaſ. in conſil. 162. in quarto uolum. in princi. ubi loquitur de
73 ſtatuto diſponente † poſſe procedi ſine figura iudicij, & omni ſolemnitate iuris, ut patet ex themate propoſito, & in effectu uult ꝙ tunc uidetur ſublatus omnis ordo introductus à iure ciuili, & iudex per illa uerba tenetur ſolum obſeruare formam iudicij inductam de iure naturali, uel gentium, per ea, quæ ipſe allegat ibi, quo iure gentium omnia regia manu expediebantur ſecundum ipſum. ſubdentem, ꝙ per illa uerba, vr̃ remotus quilibet ordo cognoſcendi, & ut latius ibi per eum, ex quibus inferri poteſt ad caſum noſtrum, quòd non ſit attendenda publicatio, quæ non fuit adinuenta de iure gentium, ſed de iure ſcripto ciuili, & canonico; adduco etiã Marant. in ſuo Speculo aureo in nona diſtin. principali iudiciorum fol. 28. & 29. iuxta magnam impreſſionem, ubi latiſſimè examinauit effectum iſtorum uerborum, uidelicet, ſine figura iudicij, & etiã aliorum, uidelicet ſola facti ueritate inſpecta, uſque ad primam paginam fol. trigeſimo, per totum verſiculum de quo in ea incipien. Secundò quæro quid importat nume. 26. & ex dictis per eum ibi clarius probatur in effectu, quòd uigore dictorum uerborum, non

requi-

requiritur publicatio teſtium. Et eſt aduertendum, quòd in dicto ſtatuto ſupra citato ultra dicta uerba, de quibus in eo ſupra per me relata, quæ habentur in dicto §. in quibus cauſis. adeſt ſignanter illa clauſula, ſola facti ueritate inſpecta, & de qua clauſula, &
74 illius effectu multa poſuit Grammat. in deciſ. 19. qui uideatur omnino, quoniam bene loquitur ponens multos effectus eiuſdem in caſibus practicabilibus. Adde etiam Rolan. a Vall. in conſi. 7. nu. 31. cum pluribus ſequen. in tertio uolumi. ſed reſtringuntur dicta per iſtos, & alios plures de & ſuper dicta clauſula per Nat. in conſil. 15. in primo uolum. nume. nono, cum ſequen. qui etiam iudicio meo bene loquitur: & per prædicta colligi poteſt interpretatio, & practica ſtatuti noſtri poſiti ſub rubr. de uocat. in iur. & uenient. in quo in principio eiuſdem diſponitur, ꝙ iudices ſeu officiales tam ordinarij, quàm delegati in cauſis coram eis mouendis, debeant ꝓcedere ſummariè, & de plano ſine ſtrepitu, & figura iudicij omnibus reiectis cauillationibus, & ſola facti ueritate inſpecta, & ex eiſdem ſuperius deductis, datur etiam intelligi, quare dicti ſtatuentes diſpoſuerint prout diſpoſuerunt in alio ſtatuto immediatè præcedenti, ſub rubrica, de inepta actione propoſita &c. Quia in ſpecie Marant. in loco præallegato tetigit de libello inepto, quòd nõ obſtet actori propter uim & efficaciam dictorum verborum, immo quòd non requiratur aliquis libellus, ſed quòd ſufficiat qualis qualis petitio ſcripta in actis per notarium, prout etiam diſpoſuerunt dicti ſtatuentes in dicto ſtatuto ſub rubrica, de uocat. in iure, & uenientibus. uerſic. in quibus cauſis, & litibus &c. Et ego conſiderando, & ruminando omnia prædicta, & diſpoſitionem dicti ſtatuti cum dictis uerbis, dicebam non eſſe mirum, ſi in ciuitate noſtra non obſeruabatur in practica illa ſolemnitas publicationis teſtium, quæ tamen de iure requiritur, ut probatur ex ſupra dedu-
75 ctis, quia maiores noſtri † practicantes (ut eſt uerſimile, ex quo erant uiri docti, & ſapientes) cognouerunt, ꝙ ſtantibus dictis uerbis, & clauſulis ſupra relatis, non requirebatur dicta publicatio, in-
76 troduxerunt practicam, quæ hodie ſeruatur † in quocunque foro temporali in hac ciuitate, uidelicet, ꝙ ille qui uult teſtes per ipſum examinatos, & eorum dicta uidere, & percunctari, uadat corã Iudice ſimpliciter abſque aliqua partis citatione, & petat ſibi publicari dictos teſtes, & mandari actuario ut copiam atteſtationum eorundẽ ſibi faciat ad effectum prędictum, & iudex abſque aliqua

alia

alia cauſæ cognitione, concedit illi dictam publicationem,& mandat notario, quòd ei copiam tradat iuxta petita, & ita proceditur paſſim per practicátes in palatijs uiridicis. Bene uerum eſt,quòd ſi poſtquam ille,qui obtinuit prædicta ſibi concedi, & dari percunctatus fuerit dicta teſtium prædictorum uellet examinare alios teſtes ſuper eiſdem capitulis, uel directo contrarijs repelleretur, & non admitteretur ad id,& ita fieri conſueuit,& iſta practica non diſcrepat a practica curiæ Romanæ,in qua ſeruatur, quòd fertur ſententia non publicatis atteſtationibus: maxime cum partes non petant publicari, ut refert, & comprobat Dominus Petrus de Ancharan. in dicto conſilio 53. dicens, quòd ſtylus dictæ curiæ facit ius, in caſibus non decisis in iure:quod nota pro dicta Practica ciuitatis noſtræ.

Rurſus in hac materia publicationis teſtium,'pro declaratione pdictorũ aduertẽdũ eſt,quia dũ dicimus,q publicatis atteſtationib.& didicitis teſtificatis,pars, quæ habuit publicationem, & teſtificata didicit non poteſt amplius admitti ad producendum teſtes ſuper eiſdem capitulis :hoc dictum non intelligitur ita ſimpliciter, ſed cum grano ſalis,nempe,quia ſi aliqui teſtes non fuerunt examina-
77 ti,ſed ſolum ... ſuper alijs † tunc publicatio,& uiſio teſtiũ,non obſtaret quin poſſent examinari teſtes ſuper illis capitibus, ſeu capitulis ſuper quibus adhuc aliqui teſtes non fuerunt examinati ſuper iſtis capitulis particularibus,& ſic in effectu non obſtaret publicatio,nec etiam renuntiatio; ita colligitur, & probatur in effectu ex dictis per dominum Abb.in cap. cauſam quæ.il ſecundo de teſtib.in tertia col.in princ.iuxta paruam impreſſionem,& ibidem Fely.clarè ponit in ſummario dicti textus. Et ad prædicta omnia uideatur dominus Ant.in d.cap.cauſam, quæ ubi latius,& clarius loquitur,& benè probantur ea, quæ dixi ſupra ex ſcriptis ibi per eum.

Vltimò ut tandem finiatur.hæc materia teſtium,ſciendum eſt, quòd per ſtatuta noſtra diſponitur, quòd ubi ius municipale non diſponeret,tunc in quolibet caſu ius commune ciuile debeat obſeruari:ſaluo quòd in probationibus faciendis in cauſis appellationũ, in quibus probationibus iura canonica eo tantum caſu iuri ciuili
78 præferri uoluerunt. † Niſi ſint probationes parentelæ, uel mortis. quæ fieri poſſint in cauſis prædictis appellationum. Non obſtante,quòd ſuper eiſdem capitulis teſtes aliqui ſuper principali cauſa

ſa recepti fuiſſent,& publicati, ut habetur in concluſione ipſorum ſtatutornm pag.ſecunda, fol.186. in uerſi. Et ubi ius municipale &c.& ſic ex diſpoſitione ſtatuti huiuſmodi habetur una fallentia ad regulam dicti cap.fraternitatis,extra de teſtibus.

Addo, ꝙ poſtquam ſcripſi prædicta inter ſtudendum offendi doctrinam Bal.in materia pulchram in l.per hanc. C. de tempor. appel.in penul.col.& ibi latiſsimam habes apoſtillam.Barb.ſub litera l.& in ea,& in lectura Bal.uidebis aliqua bona.Inueni quoque Rip.in l.2.C.de edendo. nume.30. uſque ad finem eorum quæ ſuper illa l.ſcripſi in hac materia publicationis plura practabilia ponenté:ideo hæc nolui omittere.

SVMMARIVM.

1 *Confeſsio eſt ſpecies probationis,quæ quotidie habetur in practica, in palatijs iuridicis.*

2 *Confeſſio an ſit probatio proprie uel non,ſunt opiniones Doctorum hinc inde*

3 *Confeſſio ſecundum communem opinionem non eſt proprie probatio ſed probationis releuatio.*

4 *Confeſſio in proceſſibus & actis iudiciarijs attenditur tamquam probatio & in dies diſputatur ſuper illius ualiditate.*

5 *Iudex debet animaduertere quia non omnis confeſſio eſt attendenda ad effectum probationis.*

6 *Confeſſio quæ habet requiſita de iure duntaxat eſt attendenda ad effectum probationis.*

7 *Confeſsio ad hoc ut ſit legitima & attendenda, debet continere cauſam aliàs non facit plenam probationem in ciuilibus nec in criminalibus.*

8 *Confeſſio ſine cauſa,quid & quantum probet uide hic remiſſiue.*

9 *Sine cauſa cum iuramento,ualet & plene probat.*

10 *Confeſſio facta in mortis articulo probat.*

11 *Confeſſio facta in iudicio probat:propter iudicij calorem.*

12 *Confitens in iudicio quod habuit & recepit: non poteſt poſtea opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ.*

13 *Confeſſio & alia acta ita demum dicuntur facta apud acta:& in iudicio quando fiunt coram iudice: pro tribunali ſedente & notario præſente.*

14 *Confeſſio facta in iudicio ſiue apud acta ſine cauſa incidenter non nocet*

conſitenti quo ad plenam probationem.

15 *Confeſſio facta parte abſente non probat plene ſed ſemiplene.*

16 *Confeſſio facta parte abſente, quòd non probat plene: hoc limitatur pluribus modis in loco de quo hic remiſsiue.*

17 *Confeſsio facta calore iracundiæ, & animo minime pacato non præiudicat confitenti.*

18 *Confeſsio ad hoc ut probet, debet eſſe poſsibilis etiam in criminalibus, & magis in eis.*

19 *Confeſsio quandocunque fit propter metum tormentorum ſeu tedio uitæ affectos, qui dicunt ſe commiſiſſe ea, quæ uere non comiſerunt: ut in practica uiſum fuit.*

20 *Confeſsio debet eſſe uериſimilis, aliàs non nocet confitenti.*

21 *Teſtis non deponens uериſimilia ſed inueriſimilia eſt ſuſpectus de falſo nec ei creditur.*

22 *Confeſsio non acceptata per partem, non nocet confitenti, ſed poteſt reuocari: tanquam erronea.*

23 *Confeſsio debet eſſe ſpontanea: & purè ut proſit.*

24 *Confeſsio ut præiudicet confitenti debet eſſe facta à maiore uigintiquinque annis: quia ſi à minore poſſet reſtitui in integrum.*

25 *Confeſſio facta à minore uigintiquinque annis etiam in iudicio ſine curatore: non præiudicat tamquam nulla ipſo iure ſiue in cauſa criminali, ſiue ciuili, nec eſt opus reſtitutione.*

26 *Confeſsio ut ualeat debet eſſe facta ex certa ſcientia, & non per errorem facti.*

27 *Confeſsio facta in iudicio, ad hoc ut ualeat, requiritur quòd ſit facta coram iudice ſuo.*

28 *Confeſsio ut ualeat debet eſſe facta ſecundum rerum naturam & non contra.*

29 *Confeſsio contra ius nihil ualet.*

30 *Confeſsio, quæ non eſt facta ſuper dependentibus à mera uoluntate confitentis non præiudicat.*

31 *Confiteor rem meam eſſe tuam in qua ego habeo dominium, talis confeſſio mihi non præiudicat.*

32 *Confeſsio non eſt modus inuentus a iure ad transferendum dominium.*

33 *Confeſsio reprobata a parte uel à iudice, ei contrauenire poteſt: & idem quando confeſsio reprobatur à lege.*

34 *Confeſsio debet eſſe facta ſuper eo, in quo qualitas facti non ſit in contrarium.*

35 *Confeſsio*

35 *Confeſſio facta de eo quod continetur in inſtrumento non ſolemni ſeu elidibili: non præiudicat, quod declaratur.*

36 *Confeſſio facta in inſtrumento nullo propter defectum ſolemnitatis, eſt inefficax, & illius executio peti non poteſt, & qualiter hoc intelligatur.*

37 *Confeſſio ad hoc ut indiſtincte noceat confitenti, debet eſſe pura & ſine qualitate aliqua.*

38 *Confeſſio qualificata, an pars, uel iudex poſsit acceptare partem quæ facit pro ſe duntaxat, & reliquam reſpuere.*

39 *Iudex non admittens confeſſionem qualificatam in cauſis criminalibus iuxta conſt. Bal. de quo hic, rem duram facit.*

40 *Præſumptio iuris ubi eſt contra qualitatem adiectam confeſsioni tunc qualitas poteſt reſpui.*

Confeſsio qualificata qualitate habente iuris præſumptionem contra ſe poteſt acceptari tanquam pura & ſimplex.

41 *Qualitas an dicatur ſeparata uel connexa, habetur hic doctrina.*

42 *Confitens ſe commiſiſſe homicidium ad ſui defenſionem non poteſt ulgore talis confeſsionis pœna mortis puniri.*

43 *Confeſsio in qua quis uult ſe fundare, oportet eſſe factam, intuitu illius, uel ad eius interrogationem.*

44 *Confeſsio rei in reſponſione ſua data ad accuſationem, debet continere locum commiſsi maleficij, & tempus, ſicut libellus.*

45 *Confeſsio ad hoc ut attendatur, debet eſſe iuſtificata & comprobata.*

46 *Lancelottus in libro primo de pratore: cummulat decem et octo caſus, in quibus non nocet confeſsio. uide ibi illos.*

47 *Iudex animaduertere debet ubi agitur de confeſsione, an illa habeat ſua debita requiſita de iure ne aliàs erraret.*

48 *Confeſsio facta coram notario, non dicitur eſſe iudicialis.*

49 *Confeſsio iuditialis ſi fiat in proceſſu inualido, poteſt tamen ex ea ferri ſententia non obſtante inepto proceſſu.*

50 *Confeſsio facta in proceſſu nullo attenditur, niſi nullitas & defectus concerneret ipſam confeſsionem, & aliàs limitatur dicta concluſio, quæ habet quod attenditur pluribus modis.*

51 *Proceſſus fit eodem modo in cauſa criminali, ſicut in cauſa ciuili.*

52 *Iudicem habere propitium eſt laborandum.*

53 *Confeſsio facta coram arbitris non facit fidem indiſtincte, ſed ita demũ ſi facta fuit parte præſente.*

54 *Confeſsio prælati non præiudicat eccleſiæ, niſi aliter probetur ueritas.*

55 *Confeſsio prælati confitentis de eo quod ipſemet fecit præiudicat eccleſiæ & de ueritate dicitur.*

56 *Confeſsio aduocati nocet parti eam non reuocanti, & quomodo hoc intelligatur, & idem in procuratore.*

57 *Confeſsio procuratoris ad lites facta per uia m uoluntariæ iuriſdictionis non præiudicat.*

58 *Confeſsio qualificata ſi facta fuerit an & quando pars poſsit acceptare illam reiecta qualitate.*

59 *Confeſsio eorum, qui fuerunt reperti in fornica tione ſeu ſtupro quòd ſint coniuges & contraxerint matrimonium inter ſe, eos releuat & eis creditur.*

60 *Confeſsio erronea poteſt reuocari incontinenti, etiam abſque aliqua probatione erroris.*

62 *Confeſsio facta coram ſolo iudice, non cenſetur iuditialis, nec facta in iudicio.*

63 *Confeſsio facta in libello qualiter interpretetur.*

64 *Confeſſio erronea, an, & quando poſſit reuocari, & quando excludatur illius allegatio, & alia in materia reuocationis erroris.*

65 *Confeſſio partis, uel etiam ex interuallo aliter non docto de errore, incontinenti non probato de errore, ad quæ iſtis caſibus iudex debeat animaduertere.*

66 *Confeſsio reſultans ex ſcriptura libri priuati nocet ſingulari ſucceſſori, & qualiter intelligatur.*

67 *Confeſsio incauta & ſine deliberatione nedum non præiudicat, ſed poteſt reuocari etiam ex interuallo, aliter non docto de errore, tanquam erronea.*

68 *Confeſsio dicitur incauta & indeliberata quando nullo dato termino ad deliberandum poceſsit.*

69 *Iuramentum non ſupplet defectum conſenſus.*

70 *Iuramentum recipit omnes conditiones, quas recipit actus ſuper quo interponitur.*

71 *Confeſsione facta calore iracundiæ, in ea uidetur dicendum per omnia ut de confeſsione indeliberata.*

72 *Confeſsio reiterata præſumitur deliberata, quia ubi ſecunda interuenit in ea præſumitur conſideratio & plena deliberatio.*

73 *Confeſsio minoris de delicto per eum commiſſo, de quo non conſtat aliter quam per ſuam confeſsionem, non poteſt puniri pœna ordinaria.*

74 Reſtitutio conceditur minori aduerſus confeſsionem ſuam de delicto ſacto, aliter nõ probato de læſione, quando ſine iure fuit facta.

75 Confeſsio minoris uera & ſpontanea non ualet ſine interuentu curatoris.

76 Iudex cauſarum ciuilium, aliquando poteſt incidenter cognoſcere de crimine.

77 Confeſsio ſine cauſa & parte abſente & de reuocatione protextu erroris facti, & prætextu erroris iuris: de iſtis omnibus uide.

78 Confeſsio facta in inſtrumento in fauorem abſentis probat per eo.

79 Confeſsio facta iudici inquirenti, tunc omnibus intereſſe habentibus prodeſt.

80 Hæres poteſt reuocare confeſsionem erroneam teſtatoris & procuratoris Dominus, & Pater filij & Abbas Monachi, & dominus ſerui &c.

81 Confeſsio etiam iurata poteſt impugnari à confitente, quando fuit per ſententiam impugnata.

82 Confeſsio ne poſsit reuocari prætextu erroris, cautela eſt ut inſletur aſsignari breuem terminum ad contradicendum ne fiat præceptum de ſoluendo, & exequendo.

83 Confeſsio in iudicio ut ſufficiat oportet quòd iudex coram quo fit ſit competens, & ſuus, & ſedeat pro tribunali.

84 Confeſsio iuditialis ut ſupra proxime facta præiudicat quando fit principaliter propter ſe, ſecus ſi fieret incidenter, & in conſequentiam.

85 Confeſsio facta in iuditio ſi eſt dubia, & ambigua, intelligitur facta eo modo quo utilior eſt confitenti, & quo minus obligatur & confitens poteſt illam prout uult interpretari.

86 Confeſsio rei in iudicio criminali contra eum moto: eodem modo debet ad fauorem ipſius rei interpretari.

Lex. ſi quis intentione ambigua: procedit etiam in iuditio criminali.

87 Confeſsio nedum uerbo fit ſed etiam per ſcripturam ut in libello, ſuplicatione, exceptionibus, poſitionibus & inſtrumentis productis.

88 Confesſio fit ex productione inſtrumenti etiam in his quæ incidenter ſeu enuntiatiuè in eo dicuntur.

89 Confeſſio facta in libello probat contra confitentem etiam ſi libellus fuerit traditus iudici parte abſente, & idem in alijs ſcripturis iudicialibus poſt litem conteſtatam.

90 Confeſſio iudicialis ſi facta ſit, ex illa oritur actio quæ uocatur utilis actio confeſſoria.

DECIMVMNONVM CAPVT.

EXPEDITA materia publicationis teſtium in ſuperiori capite: Deueniendum eſt ad aliam ſpeciem probationis, quæ quotidie habetur in practica in pa-
1 latijs iuridicis, † quæ dicitur confeſſio,& licet ſint opiniones Doctorum hincinde ſuper hoc articulo,uidelicet, an con-
2 feſſio ſit probatio propriè uel non, quia ſecundum magis communem opinionem:uidetur concludendum illam non eſſe proprie pro-
3 bationem † ſed potius probationis releuationem,ut poſt argumẽta ad partes per ipſum facta hincinde firmat Marſil.in rubri.C.de probation.in decimaſeptima colum. Nihilominus in proceſsibus,
4 & actis iudiciarijs † attenditur tamquam probatio; & in dies diſputatur ſuper ualiditate, & inualiditate ipſius confeſsionis factæ tam reſpondendo poſitionibus,quàm aliàs in ſcripturis, & actis iudicialibus in proceſſu exiſten. tempore diſputationum, & allegationum,& præſertim poſt concluſionem in cauſa:quare iudex de-
5 bet animaduertere, † quia non omnis confeſsio eſt attendenda ad
6 effectum probationis, ſed illa † duntaxat, quæ habet requiſita de iure,ut inquit Marſil.in dicta rubrica colum. 18. Nam primò ſe-
7 cundum ipſum ad hoc,† ut ſit legitima confeſsio,& attendenda,debet continere cauſam,aliàs non probat, & nihil operatur ſaltem quoad plenam probationem non ſolum in ciuilibus: ſed etiam in criminalibus.l.cum de indebito.§.fin.ff.de probat. & ibi gloſſ. Fel. in cap.ſi cautio.de fid.inſtrumen.cum alijs allegatis per ipſum Marſil.ubi ſupra qui ponit ſucceſsiuè nonnullas limitationes, quarum Prima eſt: quia licet non faciat plenam probationem;tamen valet ad faciendam ſemiplenam,ad quod uideatur dom.Alexan.in con-
8 ſil.83.colum.ſecunda,in primo uolum.ubi etiam habetur † quid,& quantum probet confeſsio ſine cauſa.

Secunda limitatio eſt, niſi ſuper ea appoſitum ſit iuramentum,
9 † quia tunc ualet,& plenè probat.
10 Tertia eſt niſi ſit † facta in mortis articulo.
11 Quarta niſi ſit facta in iudicio, † quia tunc ualet propter calorẽ
12 iudicij: Vnde infertur, quòd quando eſt facta in iudicio † quòd confitens habuerit & receperit, non poteſt poſtea opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ.quando autem dicatur facta in iu-

dicio

dicio dicam infra. & in colum. 19. & 20. ponit plura ſimilia, quæ ſi ſunt facta in iudicio ualent, & probant, quæ alias non valerent, nec probarēt. & ideò uideantur, & notentur per iudicem: quia quotidie occurrunt in practica, & inter alia animaduerti ad unum, ex quo collegi quòd iſti Domini Notarij actorum errant, & etiam aliqui cauſidici: quia dummodo actus ſit ſcriptus per Notarium cauſæ in libro actorum dicunt, & prætendunt, quòd talis actus ſit factus apud acta; quia ueritas eſt in contrarium, nam ita demum di-
13 citur factus apud acta, quando factus fuit coram iudice ſedente pro tribunali, & præſente aduerſario: nam tunc dicitur factus apud acta, ut ipſe Marſil. ibi clarè dicit. Sed iſta concluſio ſiue fallentia de confeſſione facta apud acta ſublimitatur, quòd confeſſio ſine cā
14 probat apud acta, & nocet confitenti † ita demum ſi ſit facta principaliter non autem incidenter: quia tunc non probat, nec nocet confitenti quò ad plenam probationem, & ibi ponit exempla.

Secundò principaliter confeſſio ad hoc, ut inducat plenam pro-
15 bationem, requiritur quòd fuerit facta parte præſente alias ſi fiat parte abſente nō probat plenè, ſed ſemiplenè. l. certum. §. ſi quis ab ſente. ff. de confeſſ. iuncta doctrina Bart. in l. admonendi. ff. de iureiurando, & iunctis alijs deciſionibus per ipſum Marſil. allegatis in dicta Rubr. per ipſum repetita. colum. 21. in uerſic. modò ultrà
16 prædicta &c. quo in loco ponit † plures limitationes ad iſtam concluſionem de iſto ſecundo requiſitò, quas non refero breuitatis cauſa, & quia ibi de facili uideri poſſunt in colu. 21. & ferè per totam 22. Et vide quæ dicam in 13. miſcellanæo. de libello dato iudici parte abſente allegando Aret. in l. cum te. C. de tranſ. cum limit. ibi per me allegata.

Tertiò requiritur ad hoc, ut ualeat confeſſio, & præiudicet, & per conſequens attendenda ſit, quòd ſit facta à perſona, quę habuerit animum pacatum, & quietum, non autem iratum, & iracundia
17 accenſum, quia ſi confeſſio fuerit facta † calore iracundiæ non præiudicat confitenti. glo. in cap. ex literis. de diuortijs. fin. ff. de probation. cum alijs de quibus per Marſil. loco ſupra citato dicta col. 22. propè finem.

18 Quartum requiſitum, ad hoc ut probet confeſſio eſt, quia † ipſa confeſſio debet eſſe poſſibilis: nam ſi eſſet impoſſibilis non noceret confitenti, ut per Roman. in conſi. 113. & per Marſil. in dicta rubr. colum. 23. uerſic. requiritur etiam: ubi ponit exempla, & in eadem

col. in parte ſuperiori, loquendo in criminalibus, dicit, quòd etiam in caſu confeſsionis factæ coram iudice cauſarum criminalium per reum de delicto commiſsio debet ipſum delictum verificari, & ſic conſtare, quòd ſit uera ipſa confeſsio: quia quandoque rei propter
19 metum tormentorum uel tædio uitæ affecti confitentur † ſe commiſiſſe ea, quæ uere non commiſerunt: & in practica compertũ fuit, quòd aliqui confeſsi fuerunt ſe occidiſſe hominem, qui poſtea uiuere inuentus fuit, & propter dictam confeſsionem tales confitentes fuerunt decapitati: ut ponunt criminaliſtæ in ſuis tractatibus & operibus, & ideò Aret. relatus per Marſil. ubi ſupra monet iudices, ut benè cauti ſint, ne damnent animam, & corpus ſuum, quãdo reus confitetur coram eis maria, & montes.

Quintum requiſitum principale eſt, quòd confeſsio ipſa debet
20 eſſe ueriſimilis, † quia aliàs non facit probationem, neque nocet confitenti: quia non ueriſimilibus iudex non debet dare fidem ſicut in ſimili uidemus, quòd Doctores dicunt de depoſitione teſtis,
21 quia ſi non deponit ueriſimilia ſed inueriſimilia † ei non eſt credẽdum, immo eſt ſuſpectus de falſo, ut etiam refert Marſi. in col. 24. corroborando iſtam concluſionem pluribus ſimilibus. addo dominum Franciſ. Cultellum in ſua celebri informatione facta in curia pro Capitaneo Thadeo Boccatio, ubi latè agit de inueriſimilitudine, & plures allegat deciſiones.

Sextum requiſitum eſt, quòd confeſsio non nocet confitenti, ſi
22 non eſt acceptata † per partem, ſed poteſt reuocari tamquam erronea, ut per multas deciſio. firmat Marſi. in col. 25. dictæ Rub. in uerſic. item ſcias &c.

23 Septimum requiſitum eſt, quòd confeſsio † ſit pura & ſpontanea, ut per eundem in eadem col. 25. ubi allegat Imol. in conſ. 109. & ſe ipſum in ſing. 201.

Alia etiam requiſita habentur in gl. 2. in cap. fin. de confeſſ. quæ poſſunt addi ad prædicta, & ſic proſequendo dicamus quòd.

Octaum requiſitum eſt, quod ad hoc ut confeſsio præiudicet alicui, oportet quòd confitens ſit màior uigintiquinque annis; quia ſi eſſet minor dicta ætate non præiudicaret ſibi; quia poſſet reſtitui
24 † in integrum contrà confeſsionem, ut inquit dicta gloſſ. in primo requiſito per eam ibi poſito, & latius hoc tenuit Excellentiſsimus D. Roland. à Valle. conſil. 51. num. 38. ubi multos allegat in primo volum. de quo etiam per eundem in conſi. 31. eod. uolum. Sed ego

addo

addo quòd confeſsio facta à minore vigintiquinque annis etiam in
25 † iudicio ſine curatore,ſiue in cauſa criminali ſiue in ciuili eſſet ipſo iure nulla,ita,quòd non eſſet opus reſtitutione aliqua in integrũ. textus ad literam in l.clarum.C.de auctoritat. præſtan. & hoc eſt menti tenendum in practica,ſed dictam l.diſtinguendo, ut per eũ, declarat Boſſ.in ſuo libro,ſub tit.ſi aduer.rem iud.numero 22.poſt alios quos allegat. Et inde aliqua per Gramat.in conſil. 16.crim. nume.7.

Nonum requiſitum eſt, quòd ſit facta ex certa ſcientia & non
26 per errorem † quia ubicunque probaret confitens ſe erraſſe non noceret,ut in dicto capit.fina.& in alijs iuribus per gloſſ. allegatis, quòd reſtringitur,ut procedat in errore facti, prout loquitur ille tex.ſecus in errore iuris,quia non excuſat ut per gl.in d.c.fi.in gl. vlt.& uide quæ dicam in octauo miſcellanæo.

Decimum eſt; quia requiritur, quòd ſit facta coram iudice ſuo
27 † aliàs non præiudicat ſi coram iudice non ſuo facta fuerit: ita tenet dicta gloſſa, & nota. Doctor.latiſsimè in capit.at ſi clerici. de iudicijs.

28 Vndecimum requiſitum eſt, ut ſit facta † ſecundum rerum naturam,& non contra: quia ſi ego confiterer illum eſſe filium meũ, qui eſt maioris ætatis,quam ego,certe iſta confeſsio mihi non præiudicaret; quia eſſet impoſsibilis per rerum naturam, ad quod faciunt quæ dixi ſupra, in quarto requiſito de mente Marſil. & per Roma.d.conſi.113.

29 Duodecimum requiſitum eſt,quòd non ſit contra ius. gl.prædicta in d.c.fin.quæ allegat.l.iuriſgentium.ff.de pactis. in §. & ſi ſtipulatio,& alia iura de quibus ibi.

Decimumtertium eſt, quòd ſit facta ſuper dependentibus à me
30 ra uoluntate confitentis, † ſecus autem ſi eſt facta ſuper non dependentibus à mera uoluntate ſua: quia tunc non præiudicat. Anton.de Butr.in cap.fina.de confeſ.nume.12.Abb.in cap. ex literis.de diuortiis.& eſt text.in l.cum falſa. C. de iur. & fac. ignoran.
31 ubi ſi confiteor rem meam,in qua ego habeo dominium, eſſe tuam
32 iſta confeſsio mihi non præiudicat,quia confeſsio † non eſt modus inuentus à iure ad transferendum dominium,quia illud transfertur per traditionem.l.traditionibus.C.de pactis.cum ſimilibus, & uide Roman.conſi.260.num.quarto,Crauet.conſi.175.num. quinto, colum. ſecunda,in fine,dum reſpondet ad ſecundum argumentum

per

per ipſum factum pro alia parte. Dicit etiam Crauat. unum aliud conſiderabile in materia, uidelicet, quòd ubi confeſsio reprobatur
33 à parte † uel a iudice, poteſt quis ſuæ confeſsioni contrauenire, & idem a fortiori, quando confeſsio reprobatur à lege, quia reprobatio legis fortior eſſe debet reprobatione hominis, & ad iſta multas deciſiones allegat in dicto conſ. ſub nu. 6. in 3. col. in prin. & ad iſta poſſunt addi dicta per Marſi. in d. col. prope finem in uerſi. vltimò circa hanc &c.
34 Decimum quartũ eſt, q̃ ſit facta ſuper eo † in quo qualitas facti non ſit in contrarium, & non repugnet: nam ponamus caſum, quòd
35 ſit facta de eo, quod † continetur in inſtrumento non ſolemni, ſeu elidibili, certè tunc non præiudicaret, quia ſi inſtrumentum illud non præiudicat, utique nec ipſa confeſsio. Bald. in l. alia. C. de ijs quibus, ut indig. Caſtr. in l. admonendi. de iureiur. col. 7. uerſ. circa teſtium & c. declarat Bal. in l. tranſigere. C. de tranſact. col. pen. uerſi. & ideo pono &c. Adde Arimin. ad Ang. in tract. malefic. in uerſic. comparuerunt & confitentur num. 110. facit Bar. in ſimili in l. poſt legatum in prin. ff. de ijs, quib. ut indign. & ad propoſitum dicebat
36 Roman. in conſi. 294. in ſecunda col. quod confeſsio facta † in inſtrumento nullo propter defectum ſolemnitatis eſt inefficax, & illius executio peti non poteſt, quod intelligendum eſt de ſolemnitate requiſita de iure, uel ex forma ſtatuti ad eſſe, & pro ſubſtantia inſtrumenti. Quia Roman. ſic loquitur; aliàs ſi eſſet requiſita ad eſſe contractus in ipſo inſtrumento contenti, confeſsio bene probaret. Bar. & alii in l. ita ſtipulatus §. Griſogonus, de uerb. oblig. & ibi eſt bona apoſtilla, in uerbo probat, ſub litera d. quæ optimè explicat dicta per Roman. in dicto conſ. & iſtam materiam. Et uide Corſet. in notab. incipien. officialis, il primo. & nota hanc doctrinam, quia eſt pulchra & ad illam pauci practicantes aduertunt. & uidi bis de facto.

Decimumquintum requiſitum eſt, ut ipſa confeſsio ad hoc, ut in
37 diſtinctè noceat confitenti ſit pura † & ſine qualitate aliqua, quia ſi ipſa confeſsio facta fuerit cum aliqua qualitate, tunc cadit diſputa
38 tio vtrum pars aduerſa, uel iudex teneantur illam † acceptare in totum uel poſsint acceptare partem, quæ facit pro ſe duntaxat, & partem aliam uidelicet qualitatem adiectam reiicere: de quo articulo uide Barbat. in conſi. 53. col. 4. in fi. in tertio uol. & in diſcurſu illius conſilii, qui etiam dicit loco præcitato, quòd licet aliàs con-

fesſio

feſsio poſsit pro parte acceptari,& pro parte reijci: hoc fallit,quan do fuit facta in ſcriptura, & redacta in ſcriptis, de qua materia habetur per Bart.in l.Aurelius §.idem quæſijt.ff.de liber.leg. Et pro declaratione doctrinæ Bar.ibi uideatur Marſil.plenè in conſi. 163. & in additione ibi facta.& Iaſ.in l. contra iuris §. primo,ff. de pactis num.12.& omnino Pariſ.in c.auditis.de præſcrip.nu.12.& omnino Pariſ.d. cap.auditis.de præſcript. num. 78. & Bal.in l.prima C.de confeſsis.in col.9.ubi inſeruit iudicem cauſarum criminaliũ:
39 ut non admittat † confeſsionem qualificatam rei reſpondentis accuſationi,quod dictum durum uidetur. Sed hæc diſputatio ceſſat quando contra qualitatem adiectam confeſsioni eſt aliqua
40 † præſumptio iuris.Abb.in cap.cum ueniſſent,de inſtitution.col.2. in fine uerſic.item nota quòd licet &c. Crauet.conſil.150. in fine Ioannes Baptiſta Ferret.in conſil.74. & Docto. alibi ſæpe. Nam tunc proculdubio (ſecundum omnes) talis qualitas eo caſu reijci poteſt,& acceptari confeſſio tanquam pura,& ſimplex,& quia quã do diſputatur,an confeſſio poſſit diuidi, & pro parte acceptari,& pro alia parte reijci,ceſſante iuris præſumptione contra qualitatẽ adiectam,conſideratur,an dicta confeſsio ſic qualificata ſit annexa,
41 uel connexa,an autem dicatur ſeparata † & diuiſa ita, quòd poſſint dici plura capitula:iuxta conſiderationem Bar.in d.§.idem quę ſijt,& ante eum gloſ.in l.etiam.§.ex cauſa.ff.de minor. ideo ad cognoſcendum,quæ dicantur annexa,& connexa,& quæ diuiſa,& ſeparata ultra Bar.& gloſ.præallegatam in uerbo,audiendus, uideatur Pariſ.in conſi.66.in primo uol.col.fin.num.13. uſque in finem & Ferret.in dicto conſi.74.& Crauet.in conſi.231.col. prima & ſecunda,& latiſsimè per dominum Signorel. de Amodeis, & Fulgoſ. in quodam conſi.impreſſo in calce cautelarum Thomæ Ferrarij, & licet intentionis meæ fuerit compilare illam tractatum pro iudicibus cauſarum ciuilium,tamen quando inuenio aliquod dictum notabile non poſſum me continere,quin illud ſcribam ad propoſitum rei de qua loquor.

Atque ideo nunc occurrit mihi dicere unum, quod eſt ualde notabile:uidelicet ꝙ ſi aliquis reus imputatus de homicidio exi-
42 ſtens in fortijs curiæ confeſſus fuerit † ſe commiſiſſe homicidium & occidiſſe alium ad ſui defenſionem; tamen talis ſic confitens nõ poteſt rigore talis confeſsionis pœna mortis puniri. Ita Grammat.deciſ.5.nume. 14.Lancelot. Corad.in ſuo tractatu. pag. 284.

in uerſi.decimoſeptimo limita. Marant.in Spec.fol. 69.in magna impreſsione.num.27.uerſ.unum tamen tene menti pro declaratione &c.Abb.ante illos in cap.auditis.de præſcription.col.6.in prin. Marſil.in practica.§.poſtquam num. 23. cum ſequen.ubi refert liberaſſe quendam inquiſitum: & hæc uidetur communis. Sed uide Pariſ.in dicto cap.auditis.numero 28. ubi adducit aliqua in contrarium.

Sextum decimum requiſitum eſt,quòd confeſsio ſit facta intuitu
43 illius,qui uult in ea ſe fundare † contra confitentem, ſiue ad illius interrogationem,textus eſt in l.procuratore. ff. de interrogatorijs actionibus.ponit Abb.in cap. quamuis. de re iudic. & ratio poteſt aſsignari, propter regulam iuris, quæ habet quòd res inter alios acta alijs non prodeſt, neque nocet.ut in Rubrica,& in toto tit.C. res inter alios acta.Et ex alia regula, quæ habet, ꝙ actus agentiũ non operantur ultra eorum intentionem.de qua in l. non omnis. ff. ſi cert.pet.quæ regula procedit ferè in omnibus diſpoſitionibus, & in ſpecie in iudicijs,ut per Purpurat.ibi in prin.

Decimum ſeptimum colligi poteſt ex doctrina Bar.in conſ.228 Catherina accuſauit Ritam &c.ubi inquit,ꝙ confeſsio.rei in reſpõ-
44 ſione † ſua data accuſationi debet contineri locus commiſsi maleficij,& tempus, ſicut libello, ut ita poſsit formari ſententia, quia liquere iudici debet maleficium fuiſſe commiſſum ſicut in accuſatione continetur. Item ait,ꝙ talis confeſsio debet eſſe pura,& nõ conditionalis ad hoc ut noceat. inferens,quòd ex quo rea de qua ibi confitetur ſe fuiſſe ad defenſionem talis confeſsio ſibi non nocet,licet non probet de conditione,& abſolui debet,niſi de puritate probetur.Et iſta ſunt notanda pro iudicibus cauſarũ criminaliũ, pro quibus, tamen non eſt factus iſte tractatus,ut dixi,ſed poſſunt inſeruire etiam ad cauſas ciuiles,in aliquibus caſibus ad quos adaptari poterunt per eum,qui bono iudicio polleat.

45 Decimo octauò,ad hoc,ut confeſsio attendatur oportet, quòd ſit iuſtificata,& comprobata. l. prima. §.Diuus.ff. de quæſt.l.inde Neratius.§.fin.ff.ad l.Aquil. cum alijs,de quibus per Dec. conſilio 564.num.ſeptimo,quod eſt notandum per iudices in practica: &
46 iſtum caſum refert & ſequitur Lancelot. in libro primo, † de prætore.cap.9.pagi.59.ubi etiam in pagina præcedenti cumulauit decem octo caſus,in quibus non nocet confeſsio confitenti,& poſtea generaliter(remiſsiue tamen) ponit quando,& quibus caſibus præ

iudicet

iudicet confeſsio:& iſta ſufficiant in hac materia confeſsionis, ut
ſciant iudices requiſita in ea,ne errarent aliquando condemnando
uel abſoluendo aliquem ſub prætextu confeſsionis ita ruditer ipsā
47 conſiderando,non animaduertendo,† an illa haberet ſua debita re
quiſita de iure pro illius efficacia, ut uidi diebus meis aliquos fe-
ciſſe,quibus Deus ignoſcant. Secundum tamen eſt, quòd confeſ-
ſio iudicialis dicitur illa, quæ fit coram iudice pro tribunali ſeden-
te ſecundum magis communem opinionem in tantum, quòd ſi fie
48 ret coram notario † non diceretur confeſsio iudicialis ſecundum
Marant.in Specu.in quinto actu iudiciali numero 28.fol.69. in pri
mo latere ſecundum magnam impreſsionem, ſciendum eſt etiam,
quòd confeſsio iudicialis eſt tantæ potentiæ, quòd etiam ſi fiat in
49 proceſſu inualido † poteſt ex ea ferri ſententia non obſtante ine-
pto proceſſu.ita Bart.in l.ſi confeſſus.de cuſtod.reorum,quem cum
pluribus alijs allegat Marant.in dicto quinto actu fol.68. ſecunda
facie ſub nume.23.quod eſt notandum;quia uidi de facto, & dicit
Abb.in cap. piſanis,de reſtit. ſpoliat.in ultimo notab.quòd ad hoc
quotidie allegatur dictum c. quòd ualet confeſsio facta in proceſſu
nullo ex aliquo defectu extrinſeco, quod tamen declarat Abb. ibi
50 niſi nullitas & defectus† pariter concerneret ipſam confeſsionem,
& de hac quæſtione per eundem Abb.& latius per Dec.habetur in
c.at ſi clerici.de iud.

Limitatur tamen dicta concluſio per Marſil.in practic.in §.poſt
quam num. 12.in pluribus modis,de quibus ibi per eum,ad quem
habeatur recurſus,quando caſus occurreret,quia ibi in numeris ſe
quen.plura ponit in materia confeſsionis: Attamen Ange.in conſ.
178.incipien.uiſis actis &c. tenet, quòd non poſsit ferri ſententia
diffinitiua ſuper proceſſu nullo quantumcunque emanauerit con-
feſsio,etſi procedatur ſuper quodam notorio in cauſa ciuili:& idē
51 dicit in criminali,quia idem eſt † modus procedendi ſuper utriſq;
cauſis,& illud dictum Ange.in d.conſi.& in alio ſuo conſi.297.ubi
idem tenet,& pro illo alias authoritates citando allegant Deci. in
cap. at ſi clerici.nume.ſemptimo, de iud. ubi tamen ipſe tenet con-
trarium,dicens quòd ex deductis ibi per eum habetur notabilis de
claratio ad dictum Innocentij in cap.qualiter & quando. de accu-
52 ſat. ſubdens laborandum eſſe in habendo † iudicem propitium,
ſed contra illud dictum Innocen.& ſequacium,& pro Angel. in di-
ctis conſilijs ſcribit Pariſ.in conſil.163. Quam ſit de teſtabile &c.

num.

num. 20.uolum. quarto, cum pluribus ſequentibus,& in quantum ſuperius in decimoquarto requiſito diebam quòd, non erat attendenda confeſsio quando qualitas facti repugnabat, allegando inter alia Roma.in conſi. 294.in ſecunda columna,declarando illud, quod dicit Rom.in dicto conſi.& allegando Bar.& alios in l.ita ſtipulatus.§.Griſogonus de uerb. oblig. Addo Corſet.in notab.incip. officialis,il primo.

Et quia aliàs collegi plura alia in materia confeſsionis nunc expeditus de requiſitis ſupra poſitis, adducam aliqua miſcellanæa per iudices conſideranda in practica.

53 Et primò ſciendum eſt quòd confeſsio facta coram arbitris † nõ facit fidem coram iudice indiſtinctè, ſed ita demum ſi fuerit facta parte præſente,& concluſum fuit intelligendum eſſe,quòd ualeat, & probat coram iudice: ut extraiudicialis ut per Afflict. in deciſ. 178.nume.decimo,quem uide pro ueritate,& Blanc.in tractat. de compromiſſ. remiſsiue, in octaua quæſtione, folio 55. ſecunda facie.

54 Secundò confeſsio prælati non præiudicat eccleſiæ niſi aliter probetur ueritas.Marant. in Specul. in quinto actu,parte ſecunda, fol.78.nume. 7. Et hanc opinionem uidetur etiam ſentire glo. ultima,in fine illius,in c.fin.de præſcription. ſed limitat ipſa ibi,dicens
55 niſi forte confiteretur † de eo,quòd ipſemet feciſſet,argumento uigeſimaquinta quæſt.ſecunda,ca.poſtquam,poſtea dicta gloſſ.aſſerit ſe dixiſſe de hac materia in cap. dudum. §.2.de elect. ubi gloſſ. uerbo (ueritate) propè finem, ubi in effectu concludit, quòd dicta confeſsio prælati ſola non præiudicat Eccleſiæ, niſi illam feciſſet de mandato capituli,uel capitulum ratum poſtmodum habuiſſet, ſubdit tamen,quòd conſuetudo ſe habet in contrarium: At ubi caſus occurreret eſſent uidendi Doctores ſuper dictis gloſsis & in c.præſentium, de teſtibus lib.ſexto, quia puto,quòd ſit illa decretalis de qua fit mentio a dicta glo.ſuper dicto uerbo (ueritate) in fine,dum dicit,hodie uero habemus quandam decretalem ſuper hoc, & poſtea ſubdit,ꝙ illa incipit (præſentium) & ſuperius etiam in dicta gloſ.ſpecialiter fuit allagata illa decretalis, licet non fuerit dictũ, quòd ſit in lib.6.Et de confeſſione prælati quantum ualeat, & an ſi fiat cum mandato capituli & alia ad propoſitum uide Aret.in conſi. 63.in præſenti conſultatione &c.

56 Tertiò confeſsio aduocati † nocet parti, eam non reuocanti

ti quod intelligendum eſt quando fit nomine partis. Abb. in ap. olim cauſam,& ibi in appoſtillis ſub litera b. De cenſib.& idem di ci poteſt eadem ratione in procuratore,immo multò magis. Sed quo ad confeſsionem procuratoris ad lites eſt aduertendũ, quia
57 non poteſt ipſe procurator confiteri in uim † uoluntariæ iuriſdi-ctionis,& ſi ita confiteatur non præiudicat domino l. certum, §. ſed an ipſos.& ibi Bart. ff. de conf. domini de rota deciſ. 350. incipiendo, nota ꝙ licet procurator &c. in antiquis. Paul. de Caſtr. clarè ponit in l. non ſolum in princ. ff. de procur. Aret. in conſi. 13. col. pen. ubi loquitur in confeſsione facta in præcibus, iuxta l. cum præcum. C. de liberal. cauſa. Et hoc procedit niſi procurator haberet ad id ſpeciale mandatum, ut colligitur ex dictis per Barbat. in conſi. 17. in 3. uol. col. 2.

Quartò, in quantum ſuperius dicebam de confeſsione, quòd debet eſſe pura,& non conditionalis: ut ſupra in requiſito decimo quinto. Nunc dico declarando, ꝙ licet emanauerit cum certa qualitate. Nihilominus poteſt aduerſarius recipere confeſsionem,
58 quatenus facit pro ſe & reijcere qualitatem † quatenus facit contra ſe dummodo contra illam qualitatem ſit aliqua ſtricta præſumptio. Abb. in cap. cum ueniſſent de inſtitut. col. 2. in fine. uerſ. item nota ꝙ licet &c.& per Aymon. in conſi. 150. idem tenentem in fine, & per Ferret. in conſi. 74.

Quintò confeſsio eorum, qui fuerunt reperti in fornicatione,
59 ſeu ſtupro, ꝙ ſint coniuges & contraxerint † matrimonium inter ſe eos releuat,& eis creditur, ita firmat Curt. ſen. conſi. 20. numero 48,& uide Lancel. Corad. in d. ſuo tractatu. de præt. pag. 284. uerſi. decimooctauo limita &c.

Sextò confeſſio erronea poteſt reuocari incontinenti: etiam ab-
60 ſque probatione erroris † & dicitur fieri incontinenti, ſi fiat antequam in ſcriptis ſit redacta. Alex. in conſi. 34. quarto uol. ſub nu. primo.& de mat. iſta reuocationis confeſsionis ſub prætextu erroris, uide ad ſaturitatem in conſilio 91. inter conſilia criminalia collecta per Docto. Zilet. in ſecundo tomo magnæ impreſsio-
61 nis, ubi etiam plura ponit de † nullitate confeſsionis iuditialis; & uideatur conſilium 95. num. 3. in eodem tomo: ubi quòd confeſ-
62 ſio facta coram ſolo iudice † non cenſetur iudicialis, nec facta in iudicio. Et uide in conſi. 70. in eodem tomo & Socin. Iun. in conſi. 180. num. 82. cum pluribus ſequen. in ſecundo uol. ubi multa bo

na dicit,circa huiuſmodi confeſsionem erroneam, & quod conſti. to de ueritate illa debet attendi. Et de iſta materia,uide Barbat. in conſi.12.preclarè ſcribitur.in ſecundo uol. in 5.col. num.24.ubi
63 loquitur † de confeſsione facta in libello, & de illius interpretatione, & per eundem in conſi. 18. in eo.uol. col. 10.& 11.cum ſequen.ubi de confeſsione procuratoris erronea, & de reuocatione
64 illius † & alia in materia erroris,& quando concludatur illius allegatio,& reuocatio,& ſic etiam quando non poſsit dici erratum,& eſt pulchrum conſilium contra allegantes errorem confeſsionis,& uolentes ſuam confeſsionem reuocare prætextu erroris, & ideo uideatur,& uide Petr.Rauen.in compendio iuris canonici ſub tit. de teſt.cog.fol.439.quòd ubi pars,uel etiam teſtis reuocat incontinen
65 ti † non eſt neceſſe de errore probare,& ad quæ in iſtis caſibus index debeat animaduertere.

Septimò quòd nocet ſingulari ſucceſſori:uide per Ruin.in conſi. 128.in ſecundo uol.& in conſi.32.uol.primo num. 6.& Aret.in cō
66 ſi.111.col.fin.ubi loquitur in confeſsione reſultante † ex ſcriptura libri priuati,& tenet nocere ſingulari ſucceſſori: ſed Ruin.in conſ. 177.uol.primo.tenet, ꝙ confeſsio auctoris non nocet ſucceſſori in quem translatum fuit prius directum,& plenum dominium,quod dicit maximè eſſe uerum,quando confeſsio fuit facta per modum uoluntariæ iuriſdictionis: iuxta terminos.l. certum §. ſed an ipſos. ff.de confeſ.

Octauò dum dixi ſupra in nono requiſito,quòd confeſsio debet eſſe facta ex certa ſcientia,& ſic deliberatè : Addo,ꝙ confeſsio in-
67 cauta & ſine deliberatione facta † nedum non præiudicat, ſed poteſt reuocari,etiam ex interuallo, aliter non docto de errore: tanquam erronea. ita tenent Dominic.& Præpoſit.in ca.ſciendum.29 diſtinct.Et confeſsio ipſa dicitur talis ſcilicet incauta,& indelibe-
68 ta † quando nullo dato termino ad deliberandum proceſsit: Ita firmat Nat.in conſi.6.col.2.in primo uol. & plura in matetia talis confeſsionis,ponit Pariſ.in cap.cum uenerabilis nu.24.& in tota ſequenti col.de exception.

Et nota quod Nat.loquitur in cōfeſsione facta in iudicio,& quid ſi cum iuramento facta fuerit? & uidetur idem dicendum,ex quo a iure erronea præſumitur, ubi conſtat, ꝙ ſine deliberatione facta
69 eſt,& clarum eſt quòd iuramentum † non ſupplet defectum conſenſus.l.fi.C.de non nume.pecun. notatur in l. ſed & ſi quis.§.quæſitum

ſitum.ff.ſi quis caut. &c.per Doctores,facit gloſſ.in cap. quemad-
70 modum de iureiurando,ubi quòd iuramentum † recipit omnes cõ
ditiones quas recipit actus ſuper quo interponitur,& nota etiam,
ꝙ idem vr̃ dicendũ per omnia de confeſſione facta calore iracun-
71 diæ;ut expreſſe tenet Nat.in d.conſil.6.in terminis.Et ad idem al-
lego glo.& ſcribentes in d.cap.uenerabilis.& maxime Pariſ.ubi ſu
pra, & de tali confeſſione uide per Dec. & alios in l.quod calorẽ.
de reg.iur. Nota etiam quòd quando confeſſio eſſet reiterata præ-
72 ſumitur deliberata † quia ubi ſecunda interuenit, ibi præſumitur
conſideratio & plena deliberatio. Deci.conſil.15.prima colum. in
fin.Abb.in cap.ſi cautio.in final.uerbis.de fid.inſtrum.& ibi Felyn.
latius.

Nonò minor confitens delictum aliquod commiſiſſe, de quo
73 non conſtat † niſi per ſuam confeſſionem, non poſſet puniri pœna
ordinaria, ſed ei competeret reſtitutio aduerſus dictam confeſſio-
74 nem † aliter non probato de læſione, cum ſatis appareat de illa ex
dictis eius confeſſione.Ita Ang.in l.certum.§.in pupillo. ff.de con-
feſ.Marſil.in ſing.445.incip.minor læſus &c.Dec.in l.nihil conſen-
ſui.§.non capitur.ff.de reg.iur.nu.quarto,& hoc intelligitur quan-
do ſine auctoritate curatoris facta fuit.& dicebat Rol.in cõſ.31.in
prin.in primo uolum. quòd dato quòd confeſſio eſſet uera,& ſpon
75 tanea † non ualeret ſine interuentu curatoris, & monet iudices ha
bentes minorem uigintiquinque annis in manibus, pro aliquo de-
licto,quod nunquam eius reſponſionem recipiant niſi primo eidem
dato, & proceſſui curatore; quia eius confeſſio ſponte facta ei non
obeſſet,allegat Afflict.in deciſ.208.& Angel.in tractat. malefic.&
ut latius ibi per ipſum Rol.num.8.& 9.& nolui hæc omittere;quia
76 accidit, quòd aliquando † etiam iudices cauſarum ciuilium habẽt
minores in manibus propter aliquod delictum, de quo ipſi inci-
denter poſſunt cognoſcere, iuxta tex. cum ibi nota.in l.hoc iure.§.
aqua.qui eſt.§.fin.ubi Bart.ff.de aqua quotid.& æſtiu.& de hoc la-
tè ſcripſit Rolan. à Val.in conſil.12.uolum.2.in prin.

Decimò in quantum ſuperius,in primo requiſito dixi,quòd ad
hoc ut ſit legitima confeſſio,& attendenda;quo ad plenam proba-
tionem, debet habere cauſam, & in ſecundo dixi quòd requiritur
quòd fuerit facta parte præſente, & aliàs non probat plenè,ad hæc
duo requiſita operæpretium erit uidere Dominum Alexan.in con
ſil.13.Ex his,quæ in themate &c. in primo uolum.ferè per totum

illud conſil. & ad illud de cauſa requiſita, uideant Doctores præſertim Aret. poſt gloſſ. magnam ibi de literarum oblig. in inſtitut. & iterum uideatur Dominus Alexan. in conſil. 83. in dicto primo uolum. colum. fin. ſub num. quinto, pro declaratione eorum quæ ipſemet dixit in alio ſuo conſilio ſupra proxime allegato, ubi in ſpecie firmat, quòd confeſſio ſine cauſa licet plenè non probet, tamen ſemiplenè probat, ſi allegetur cauſa, puta mutui, uel alia, & multas auctoritates Excellentiſſimorum Doctorum citat, & conſuluit, quod in eo caſu poterit allegari cauſa mutui, & in defectum ſemiplenæ probationis poterit deferri iuramentum, iuxt. l. admonendi. de iureiurando, & quòd ſufficit qualibet cauſa impulſiua, uel perſuaſiua, & regulas ad materiam illorum duorum requiſitorum facientes uidelicet de confeſſione ſine cauſa, & parte abſente cum ſuis fal
77 lentijs † uide per Socin. in regulis 63. & 67. & à dicta regula 63. per totum 70. tractat de materia confeſſionis, & ſignanter in regula 64. quando poſsit reuocari prætextu erroris facti, & in 65. quando poteſt reuocari prætextu erroris iuris. Attamen addendo fallentijs per ipſum Socin. poſitis ad dictam regulam 63. dico, quòd ſi confeſsio eſt facta in inſtrumento in fauorem abſentis probat pro
78 † eo. Bald. Salycet. & Paul. de Caſtr. per illum text. in l. deſiderium. C. depoſiti. ubi eſt caſus rarus, & ſimiliter quando eſt facta iu
79 dici † inquirenti, tunc omnibus intereſſe habentibus prodeſt, puta ſi fur confeſſus fuerit ſe feciſſe furtum Sempronio de tali re, quia tunc iudex inquirens perſonam illius Sempronij repræſentat. Ang. in l. 1. in fin. de priuat. delict. & ibi bona apoſtilla.

Et ad id quod ſupra dixi de confeſsione erronea, ſi iudex uult ſcire, an, & quando erronea dici poſsit, uideat Barbat. in conſil. 18. colum. undecima, ubi etiam in colum. ſequenti dicit, quòd hæres
80 † poteſt reuocare erroneã confeſsionẽ teſtãtis, & procurator põt reuocare erroneã cõfeſsionẽ dñi, & pater filij ſui. & Abb. Monachi & Dominus ſerui, & principalis poteſt reuocare erroneam confeſſionem ſui aduocati., & in columnis. 15. & 14. quærit, quid ſi fuerit geminata, & quid ſi fuerit deliberata, & in effectu eſt pulchrum cõſilium ad hoc propoſitum, & poterit uidere Grammat. in uoto 10. in fine, & in uoto 16. ubi loquitur de geminata, & iurata etiam in iudicio, & Pariſ. in cap. cum uenerabilis, de excep. num. 24. uſque ad 26. & Crauet. conſ. 175. & quando fuit impugnata per ſenten-
81 tiam, † etiam iurata poteſt impugnari à confitente. Rip. in §. nihil com-

commune.num.125.in l.naturaliter. de acquirenda poſſeſsione, & dicebat Dominus Alexan.in conſi.34.in primo uolum.ſub num.1. quòd confeſsio erronea poteſt incontinenti reuocari, etiam abſq; probatione erroris. & dicitur fieri incontinenti, ſi fiat antequam in ſcriptis ſit redacta,& de hac materia reuocationis confeſsionis, uide ad ſaturitatem in conſi.91. inter conſilia criminalia collecta p Zilet.in ſecundo tomo magnæ impreſsionis,ubi etiam plura ponit de nullitate confeſsionis iudicialis, & de materia etiam habetur in conſil.95.nu m.3.in eodem tomo,& inter dicta conſilia,& in conſil. 70.eiuſdem tomi,de quo etiam per Socin.iun.in conſil. 180.nu.82. cum pluribus ſequen.uolum.ſecundo, & ſi quis uellet prouidere, ne confeſsio aduerſarij poſſet reuocari ſub prætextu erroris, cau-
82 tela eſt ut faciat confitenti † aſsignari breuem terminum ad contradicendum, quare non debeat fieri præceptum de ſoluendo, & exequendo dictam confeſsionem, quia elapſo dicto termino præceptum de ſoluendo erit irreuocabile, occaſione erroris, quia ubi eſt datus terminus ad deliberandum, quis non poteſt poſtea audiri uolens allegare errorem, & ad hoc eſt gloſſ.in capi.ex literis. extra de diuortijs.in uerbo (admonita) quem pro ſingulari allegat Barto.in l.prima.ff.de confeſſ.& in l.error. C.de iur.& fac.ignor.& ſequitur Aretin.in §.ſi minus.inſtit.de act. & latè Socin. in tracta. regularum & fallentiarum regula 69.& latius Præpoſit. Mediolanen. in dicto capitulo,ex literis. ubi ampliſsimè loquitur in materia confeſsionis. & facit Bald. in l. de ætate.in additio. de interrogat. actio.

Vndecimò,quo ad decimum requiſitum,ad hoc ut confeſsio facta in iudicio,ſeu in iure ſufficiat,debet fieri non ſolum in præſen-
83 tia iudicis ſimpliciter † ſed oportet,quòd ſit iudex ſuus,& quòd ſedeat pro tribunali:quia tūc præiudicat, etiam nullo præcedente proceſſu. Ita Petrus Rauennas, in compendio iuris canonici titu. de iudicijs fol.123.colum.tertia,in fine.& colum.ſequen.ubi hoc limi-
84 tat † tamen procedere, quando confeſsio fit principaliter, & propter ſe, ſecus ſi fieret incidenter, & per quandam conſequentiam, quæ omnia ſunt notanda in practica,& illam opinionem quæ habet quòd ſit neceſſe,quòd fiat iudice pro tribunali ſedente,eſſe magis communem, firmat Marant.in Speculo aureo in quinto actu. in ſecunda parte num.28.fol.68.ſecundum magnam impreſsionem,ſed loquitur in cauſis requirentibus plenam cognitionem,& uide Mar

ſil.in §. poſtquam, in practica crimiuali nu. 18. idem tenentem, ad quæ facit Bero. in ca. qualiter. & quando, il 2. nu. 58. cum pluribus ſequentibus.

Duodecimo confeſsio dubia, & ambigua facta in iudicio intel-
85 ligitur facta eo modo, quo minus obligat. Roma. conſi. 455. in caſu præmiſſo &c. Bald. in l. qui ſe patris. C. unde liberi, & ipſe confitens poteſt illam prout uult interpretari. Barto. in l. ſi quis intentione ambigua. ff. de iudicijs, & uide Deci. conſil. 278. in ſecundo uolum. & omnino Paul. de Caſtr. in d. l. ſi quis intentione, in fine. ubi ſpecialiter facit mentionem de reſcripto, ſeu ſuplicatione. & dicitur eſſe ambigua, quando quis dixit (ut dicitur apparere) Bart. in conſil. 90. num. ſexto, in paruis, & in materia uide Iaſ. in l. ſi cui. §. primo, de legat. primo. Et eſt aduertendum, quòd diſpoſitio di-
86 ctæ. l. ſi quis intentione. habet locum etiam † in confeſsione rei in iudicio criminali, contra eum moto, quia eodem modo debet ad ſui fauorem interpretari, ita probatur ex deciſione Barto. in l. ſi is qui reus. de publicis iudicijs. in penultima columna, & ex doctrina Socin. iun. in conſi. 39. nume. 70. in 2. col. in 2. uol. & Iaſ. in rub. C. de eden.

Decimotertio confeſsio nedum fit uerbo ſimpliciter ſed etiam
87 per ſcripturam † ut in libello, & ſuplicatione, & in exceptionibus, in poſitionibus & in inſtrumentis productis, ut habetur in infraſcriptis locis, per Doctores, innumeros. Et in primis per Barba. in conſil. 18. colum. 11. in ſecundo uolum. & per eundem in conſil. 12. eodem uolum. ubi quòd libellans, ſeu ſupplicans non uidetur fateri incidenter deducta in libello, uel ſuplicatione, & de producente inſtrumentum, & ponente, & excipiente per eundem Doctorem, in conſilio octauo, in eodem uolum. licet producens inſtrumentum
88 dicatur fateri † etiam ea, quę incidenter, ſeu enunciatiuè dicta ſunt in eo, ut per Iaſ. in l. ſi cui legetur. §. primo, ff. de leg. primo, in fine. Et quia loquimur de confeſsione facta in libello, ſi eſſet erronea, an, & quando poſsit reuocari ultra ſuperius dicta allegando Barb. in dicto conſil. 18. in ſecundo uolum. uide Alexan. in l. ſecunda. C. de inſtitu. & ſubſtit. Sciendum eſt, quòd confeſsio facta in libello
89 † probat contra confitentem, etiam ſi fuerit ipſe libellus traditus iudici, parte abſente, ut uoluit Aretin. in l. cum te. C. de tranſact. ubi etiam loquitur de confeſsione facta in exceptionbus, & alijs ſcripturis iudicialibus, & præſertim in ſupplicatione, ſed hoc limitatur,

tatur,ut procedat poſt litem conteſtatam. ſuper libello, ut ibi per apoſtillantes ad Aret.& uide omnino Bald.in l.de ætate, in fine.C. de interrog. act.

90 Decimoquartò ex confeſsione iudiciali oritur actio, † quæ uocatur utilis actio confeſſoria. l. proinde. §. ſi procur. ff.ad l.Aquil. ita tenet Roman.per illum tex.quem dicit ſingularem in ſingulari 22.quod nota,qui Romanus,in ſingulari 26.incipiente, quòd ſi cõfiteor, ad propoſitum huius primi dicti, inquit, quòd ſi confiteor habuiſſe centum,quæ mihi debes, & poſtea mihi promittis eadem centum,preſumitur facta confeſsio ſpe futuræ donationis, ſed in apoſtilla ibi animaduertitur,quòd iſtud dictum Roman.non eſt uerum, & quòd contrarium tenent Ioan. Andreæ & alij de quibus, ibi,ad propoſitum iſtius ſecundi dicti quatenus illud ſuſtineri poſſet,& eſſet uerum de iure,facit doctrina Bal.in l.uoluit.ff.de interrog. action.ubi inquit quòd quando ſumus in iudicialib.non habet locum exceptio non numeratæ pecuniæ.

SVMMARIVM.

1 *Iuramenti in foro frequentati ſunt tres ſpeties,quæ exprimuntur.*

2 *Iuſiurandi religio eſt maximum remedium expendiendarum litium.*

3 *Iuramentum ſuppletorium regulariter admittitur.*

4 *Iuramentum ſuppletorium in quibus caſibus non ſit deferendum.*

5 *Petitio facienda coram iudice per petere uolentem iuramentum in ſupplementum probationis.*

6 *Iudex qualiter admittere debeat petitionem inſtantis ſibi defferri iuramentum ſuppletorium,& quibus uerbis.*

Delatio iuramenti non eſt paſſim facienda & ſine cauſæ cognitione.

7 *Iudex non debet procedere paſsim & ſine cauſæ cognitione ad delationem iuramenti ſuppletorij.*

8 *Iudex ad quæ animaduertere debet pro habenda cognitione cauſæ ad effectum deferrendi iuramentum ſuppletorium.*

9 *Cauſæ cognitio uerſatur in quatuor ſecundum Doctores, ad effectum delationis iuramenti ſuppletorij.*

10 *Iudex non debet procedere ad delationem iuramenti ſuppletorij parte non citata,alids eſſet nulla.*

11 *Iuramentum ſuppletorium defertur ob inopiam probationum,quod qualiter intelligatur.*

12 *Petens ſibi deferri iuramentum non debet in ſua petitione dicere in ſupplementum ſemiplenæ probationis,& quare.*

13 *Probans pluſquam ſemiplenæ poteſt petere ſibi deferri iuramentum ſuppletorium: etiam in caſibus in quibus aliâs non defertur.*

14 *Semiplenæ probationis uocabulum non reperitur in iure.*

15 *Probatio diuidua non datur, unde nulla lex loquitur de ſemiplena probatione.*

16 *Iudex poterit habere tempus ad ſe informandum de omnibus requiſitis ſtante decreto ſuperius formata.*

17 *Quo tempore ſit facienda petitio delationis iuramenti ſuppletorij.*

18 *Iuramentum ſuppletorium omnino debet peti, & iudex ex officio illud deferre, non poteſt.*

19 *Forma petitionis delationis iuramenti ſuppletorij qualis.*

20 *Petitio iuramenti ſuppletorij prudentius & cautius qualiter fieri poterit ex doctrina Bal.*

21 *Petitio dicti iuramenti uſque ad quod tempus fieri poſſit.*

22 *Concluſio in cauſa claudit os partibus, ut nihil amplius probare poſſint.*

23 *Concluſio in cauſa operatur quod partes uidentur renuntiare probationibus.*

24 *Iuramentum ſuppletorium poteſt quandocunque deferri dummodo fuerit petitum ante concluſum in cauſa.*

25 *Iuramentum huiuſmodi poteſt peti deferri elapſo termino dato ad probandum,& etiam publicato proceſſu.*

26 *Iudex poteſt ex officio ſuo deferre iuramentum non petenti ubi pars petiiſſet ſibi iuſtitiam miniſtrari.*

27 *Doctrina Alexandri quòd iudex ex officio defert iur̃m nemine petente etiam poſt concluſum in cauſa ubicumque ſibi æquum uiſum fuerit, non placet authori qui illam reprobat.*

28 *Concluſione in cauſa facta uidetur renuntiatum omnibus probationibus.*

29 *Dilatio ad probandum & probatum habendum per omne genus &c. habetur pro concluſione in cauſa.*

30 *Reus petens iuramentum ſuppletorium ſibi deferri ſuper ſolutione per ipſum allegata,& iudex proceſſit ad ſententiam dicitur grauaſſe reum qui poteſt appellare.*

31 *Iuramentum iſtud ſuppletorium, ut poſſit deferri per iudicem ſex copulatiue requiruntur.*

32 *Practicas*

32 *Practica poſita per Maranta. in ſpeculo, petendi iuramentum ſuppletorium eſt defectiua ratione hic allegata.*

33 *Iudex non deferens iuramentum concurrentibus illis ſex ſupra deductis remiſſiuè, facit litem ſuam.*

34 *Iuramentum ſuppletorium an, & quando poſſit deferri procuratori uel per ipſum procuratorem altri.*

35 *Procurator, qui eſt factus dominus litis: poteſt præſtare iuramentum ſuppletorium: dummodo per proprium ſenſum corporis deponat.*

36 *Procurator habens ſpeciale mandatum & de cauſa bene informatus poteſt præſtare iuramentum ſuppletorium, niſi iudex arbitretur iuſtius eſſe deferre principali.*

37 *Iuramentum ſuppletorium non datur ubi agitur de legitimatione perſonarum.*

38 *Iuramentum ſuppletorium non datur procuratori ubi ſtatutum requirit proprium iuramentum partis.*

39 *Cauſæ magnitudo non obſtat: quia iuramentum ſuppletorium deferri queat quando eſt probatum pluſquam ſemiplene.*

40 *Iuramentum ſuppletiuum deferri poteſt & debet ubi probata eſt ſubſtantia & ueritas debiti, licet non probetur certa quantitas.*

41 *Quilibet minimus defectus in teſte: impedit ut non poſſit deferri iuramentum ſuppletorium parti.*

42 *Spurius etiam legitimatus an, & quando poſſit dici idoneus ad hoc ut ex attento poſſit deferri iuramentum ſuppletorium ei qui produxit illum in teſtem.*

43 *Iudex ante omnia animaduertere debet ad ſtatuta: quia quandoque limitant ſummam, & æſtimationem ultra quam iuramentum ſuppletoriũ deferri non poteſt.*

44 *Delatio iuramenti deciſiui debet eſſe approbata per iudicem aliàs non inſurgit aliqua turpitudo contra illud ſubire recuſantem.*

45 *Iuramentum deciſiuum approbatum a iudice non poteſt reuocari per deferentem.*

46 *Nec etiam poteſt reuocari poſtquam fuit acceptatum ſine iuſta cauſa.*

47 *Cogitur iurare ille cui defertur etiam ſi dicat ſe uelle probare per teſtes uel inſtrumenta.*

48 *Iurare de calumnia ante omnia tenetur deferens huiuſmodi iuramentum deciſiuum aliàs proceſſus nullus redditur.*

49 *Caſus in quibus iuramentum deciſiuum delatum recuſari poteſt.*

50 *Iuramentum deciſiuum non debet deferri ei, qui habet modum aliter*

70 *Forma iuramenti qualiter debeat eſſe concepta.*
71 *Iuramentum huiuſmodi debet eſſe deciſiuum ita ut illo præſtito non remaneant aliquæ reliquiæ litis.*
72 *Iuramentum deciſiuum poteſt deferri ſuper tota cauſa, & ſuper uno capitulo tantum.*
73 *An et quãdo deferrẽs iuramentũ poſſit pænitere, & reuocare delationẽ.*
44 *Iuramentum deciſiuum quando eſt præſtitum nihil aliud eſt quærendum.*
75 *Iuramento delato licet ulterius non ſit quærendum: hoc non habet locum in cauſa matrimoniali.*
76 *In omni iuramento deciſiuo ineſt tacita conditio, ſi incontinenti iuretur uel remittatur.*
Addi poteſt, uel incontinenti acceptatur.
77 *Ille cui delatum eſt iuramentum poteſt dicere poſtquam illud acceptauit, ſe uelle deliberare qualiter debeat iurare.*
78 *Deferens poſtquam is cui delatum fuit iuramentum acceptauit illud, non poteſt reuocare delationem, niſi ex iuſta cauſa.*
79 *Iuramentum deciſiuum ut ualeat tria requiruntur de quibus hic.*
80 *Practica petendi exhiberi formam iuramenti qua quotidie utimur in foro, unde originem traxerit.*
81 *Iudex debet curare quòd ille cui defertur iuramentum deciſiuum illud acceptet, uel referat antequam copiam formæ iuramenti decernat illam petenti.*
82 *Statutum Bon. quare diſponat quod ſufficiat delato iuramento uel relato iurare reſpectu actoris, reum teneri uel obligatum eſſe ad rem uel factum, reſpectu uero rei ſe non teneri. &c.*
83 *Statutum Bonon. diſponens de iuramento, & uolens quòd poſſit probari contrarium eius de quo iuratum fuit, & tunc iurans puniatur, deuiat a iure communi.*
84 *Declaratur conſilium Baldi 454. in tertio uol. quomodo procedat.*
85 *Iuramentum in litem tripliciter conſideratur per authores hic allegatos.*
86 *Caſus plures cumulati in quibus iuramentum plenè probatur.*
87 *Doctores qui materiam iuramenti in litem ampliſſime tractarunt hic allegantur.*
88 *Fanutius de fanutijs Lucenſis ſcribit in ſuo tractatu de in litem iurando, in quinto membro ſecundæ partis, facientia ad praxim in materia iuramenti in litem.*
89 *Iuramentum calumniæ eſſet neceſſarium hodiernis temporibus ſi modo coleretur religio.*

90 Iura-

90 *Iuramenti calumniæ timore olim contentioſa litigantium inſtantia compeſcebatur.*

91 *Iuramentum calumniæ quid ſit, & quis debeat iurare, & quid in eo continetur uide hic.*

92 *Pœna nolentis præſtare iuramentum calumniæ uide hic.*

93 *Iuramentum calumniæ ad hoc ut omiſſio præſtationis illius reddat proceſſum nullum.*

94 *Renuntiari an poſſit iuramento calumniæ.*

95 *Iuſtinianus dubitauit ne ſua conſtitutio, qua ſanciuit præſtari debere iuramentum calumniæ antequam lis exerceatur, per uiam colluſionis deluderetur.*

96 *Iuramentum calumniæ fuit introductum, ob publicam utilitatem; & ne facile homines ad litigandum procederent.*

97 *Diſpoſitio per quam lites reſecantur, uel reſtringuntur eſt fauorabilis, & concernit publicam utilitatem.*

98 *Iuſtinianus religioſiſsimus princeps ſpiritu quodam prophetico; præuidit abuſus modernorum temporum: quibus non præſtatur iuramentum calumniæ.*

99 *Iuſtinianus confiſus fuit de iudicibus etiam compromiſſarijs; ne permitterent quòd omitteretur iuramentum calumniæ.*

100 *Iudices ex officio ſuo tenentur prouidere, ne remittatur modo aliquo & ſic tatita uel expreſſe iuramentum calumniæ.*

101 *Author dicit ſe non tenere opinionem illam, quod tacite iuramentum calumniæ remitti poſsit in puncto iuris eſſe uerum.*

102 *Litigatores ſponte ab initio ſe offerre debent ad præſtandum iuramentum calumniæ (poſtpoſito iure canonico) diſputatiue teneri poſſet.*

103 *Intellectus ad textum l. 2. in principio C. de iuramento calumniæ.*

104 *Imperata neceſſe eſt fieri.*

105 *Author cuperet ſe poſſe perſuadere iudicibus: ut ex eorum officio per Imperatorem eis conceſſo: cogerent ambas partes in initio proceſſus, ad præſtandum iuramentum calumniæ.*

106 *Iuramentum calumniæ (ſecundum Marantam) hodie non æſtimatur unum obolum.*

107 *Marianus Socinus Senior multum egregie & ordinate ſcribit in materia iuramenti calumniæ.*

CAPVT.

VIGESIMVM CAPVT.

IN hoc capite uidendum eſt de iuramento, quo vtimur quotidie in iudicijs, pro ſpecie probationis, quicquid fruſtatorie diſputet ſuper hoc uidelicet, an ſit ſpecies probationis nec, ne, Dominus Hyppolit. de Marſil. in repet. Rub. C. de probationibus colum. 26. cum pluribus ſequentibus, ubi pro, & contra: Sed omiſſa huiuſmodi quæſtione melius eſt deuenire ad alia, ad quæ eſt aduertendum in practica. Et in primis, ut ſciamus, quód plures ſunt ſpecies iuramenti, & ad hoc eſt op tima glo. in rub. ff. de iureiurando, quæ poſt Azonem in ſumma codicis, ſub tit. de rebus credit. & iureiuran. dicit ſciendum eſſe quòd iuramentum eſt uoluntarium, & neceſſarium, & iudiciale. Et hoc de ueritate, de quo (ſecundum ipſum) dicit ille titulus. & C. eod. tit. ſcilicet de rebus cred. & iureiuran. item eſt iuramentum in litem, quod procedit in infinitum, & eſt de affectione, de quo dicitur in titul. de in litem iurando. & eſt iuramentum calumniæ, & hoc de ueritate, & de hoc dicitur in C. ſub tit. de iuram. calum. Hęc omnia ponit dicta gloſſ. & poſtea ponit alia quæ de raro in iudicijs uerſantur. Et ex hoc, quia ibi uideri poſſunt, ideò omitto loqui de illis. Sed deueniendo ad ea, quæ frequentantur in foro, dico ꝙ
1 multum frequentantur † iſta, uidelicet iuramentum in ſupplementum probationis, de quo habetur latiſsimè in l. admonendi. ff. de iureiurando, & in l. in bonæ fidei. C. de reb. credit. & iureiurando, & ibi late per Bald. & per Socin. in regula. 204. de iuramento autem deciſiuo habetur in multis legibus dicti tituli. ff. de iureiurando,
2 ubi in l. prima, dicit iuriſconſultus quòd eſt maximum † remediũ expediendarum litium iuriſiurandi religio. De iuramento in litem adeſt titulus particularis, & ſimiliter de iuramento calumniæ, qui tituli allegantur in dicta glo. ut ſupra retuli. Nobis igitur erit uidendum de primis tribus hic proxime per me poſitis, quæ magis
3 in foro frequentantur. Et in primis † de iuramento ſuppletorio. Iſtud enim iuramentum regulariter admittitur: ut habetur in dictis locis. Sed hęc regula fallit in multis caſibus, quos enumerare eſſet magis laborioſum quam ſubtile, ſi igitur iudex uult ſcire fal-
4 lentias dictæ regulæ. & caſus † in quibus dictum iuramentum in ſupplementum probationis non ſit deferendum, conſueuerunt ponere

nere plures doctores in d.l.admonendi:ut Cur.Sen.in repet. dictæ
l.num.152.in libro nſo uſque ad & per totum numerum 164. ubi
poſuit quadraginta tres fallentias. Socin. uerò in dicta regula po-
ſuit octuaginta, ſed D.Iaſon poſuit ſeptuaginta quinq; ut refert
Lancelot.Corrad.in ſuo tractat.de prætore lib. primo,cap.19.§.2.
ſub rubrica de iuramento pag.154.num.quinto, ſed ego non inue-
ni Iaſo.in repet.dictæ.l. tot limitationes poſuiſſe,ipſe uero Lance-
lot.dictos caſus expreſsit,ut patet ibi à num.quinto,uſque ad nu.6.
excluſiuè. Premiſſa itaque conſiderans diſertiſsimus Purpurat.in
dicta l.admonendi numero 283.uerſi. prædicta communis conclu-
ſio &c.inquit,quod ex tot fallentijs poſſet formari regula ad oppo-
ſitum,ut dicit in ſimili gloſſa magna in §. ſi quis alij inſti.de inutili-
bus ſtipulationibus.
Et non proſequendo aliter dictas fallentias, quæ ex ſe facerent ma-
ximum tractatum,ſed deueniendo ad ea,quæ reſpiciunt practicam
iudicialem,& ad quæ iudices animaduertere debent ponamus ca-
ſum,quod aliquis litigando cum aduerſario ſuo examinari fecerit
nonnullos teſtes, per quos prætendit ſe probaſſe ſaltem ſemiplenè
intẽtionem ſuam,cõparet coram iudice,& dicit,dñe ego prætendo
5 † per teſtes per me examinatos, uel aliàs probaſſe intentionem
meam,ſi non plenè,ſaltem ſemiplenè,propterea peto per domina-
tionem ueſtram, & illius officium, quod humiliter imploro, mihi
deferri iuramentum in ſupplementum probationis, iuxta formam
6 iuris.tunc dominus Iudex admittat † talem petitionem, ſi, & in
quantum de iure ſit admittenda, & reſeruet ſibi facultatem defe-
rendi,uel non tale iuramentum ipſi petenti quandocunque ante
ſententiam,uel in ipſa ſententia. Quia ad talem delationem d.
7 iuramenti † non eſt procedendum ita paſsim,& ex abrupto, & ſi-
ne cauſæ cognitione,namque ad multa dominus iudex in caſu iſto
conſiderare debet:nempe quia,ut uidimus multi ſunt caſus in qui
bus non datur tale iuramentum,quos remiſsiue ſupra adduximus,
& qui in locis ſupra citatis uideri poſſunt: præterea eſt aduerten-
8 dum quia plura † uerſantur in cauſæ cognitione,& conſideratione
per iudicem habenda:ut deducitur ex gl.magiſtra. in l. bonæfidei.
C.de rebus creditis.circa finem ibi,item inſpiciat perſonam acto-
ris &c. Item perſonam teſtis inducti,item ſi modica ſit cauſa, an
magna,& ſic pro qualitate perſonarum actoris uel rei,& teſtis de-
ferat ſacramentum &c. & benefacit ille textus in d.l.in bonæ fidei

ſibi dicitur iudicem iurciuran. cauſa cognita,res decidi oportet. Ecce quòd ibi lex facit mentionem de cauſæ cognitione, & in illa Bald.in penultima colum.num. 10.uerſic.venio ad quartam,diſcutiendo iſtud de cauſæ cognitione aſſerit,quòd Doctores breuiter
9 dicunt,quòd iſta cauſæ cognitio † uerſatur in quatuor. Nam primò attenditur conditio perſonæ, cum iſte iurans ſit quodammodo teſtis,ut ibi notabiliter dicit gloſſ. quòd ea debent attendi, iſto iurante, quæ attenduntur in teſte, ut eſt morum grauitas ſuper omnia accidentia fidem faciens,ut notat gl.in l.ſecunda, ff.de teſtibus, & poſtea proſequitur ibidem Bald. ſcribens plura quæ ſunt conſideranda per iudicem habentem exercere iſtam cauſæ cognitionẽ, & in illa lege bene ſcribit in materia iſtius iuramenti ſuppletorij, & puto quòd ad ipſum eſſet recurrendum per iudicem pro eius inſtructione: quia per totam illam eius lecturam multa bona dicit, more ſolito,& nota quòd idem in cap.primo,de controuerſ.inueſt. in vſibus feud.in tertia colum.in principio,ponit aliqua de iſta cau
10 ſæ cognitione,dicens quòd aduerſa parte † non citata deferre non poteſt;quia debet cauſa diligenter examinari, & ad iſta omnia eſt videndus etiam omnino Angelus in dicta l.in bonæ fidei.in ſecundo notabili,ubi monet aduocatum, ut ſit cautus, quòd ſemper faciat iuramentum deferri aduerſario præſente,uel citato:quia aliàs delatio eſſet nulla.

Item eſt aduertendum ad aliud, quod etiam ex d. lege,in bonæ fidei.deducitur,& ibi notat Bald.in ſecunda colum. in verſic.venio
11 ad ſecundam partem. quòd iſtud † iuramentum ſuppletorium defertur ob inopiam probationis,& declarat ibi Bald. qualiter intelligatur iſtud dictum, & conſiderat etiam textum in dicta l. admonendi, qui dicit (in dubijs cauſis). & ideò infertur,quòd ceſſante iſta inopia, ad delationem iuramenti ſuppletorij non eſt deueniendum,ut etiam latius infra dicam.

Ego aliàs dicebam in practica, quòd ille, qui petit ſibi deferri iſtud iuramentum, de quo loquimur,non debet in ſua petitione dicere,petere ſibi deferri iuramentum in ſupplementum ſemiplenæ
12 probationis,ſed debet † ſimpliciter dicere in ſupplementum probationis,omittendo illud uerbum (ſemiplenę): & cogitabam,quòd
13 aliquando quis probauit † pluſquam ſemiplenè,& tunc poteſt petere ſibi deferri iſtud iuramentum, & debet id obtinere etiam in caſibus, in quibus aliàs non eſſet deferendum,ut eſt doctrina Iaſ.quo

tidie

tidie in palatijs allegata in d.l.admonendi in lectura ſub nume. 78 in uerſiculo, limita omnes iſtos caſus &c.& ibi allegat plures famoſiſſimos Doctores, pro hac deciſione, cui deciſioni Iaſ.& aliorum per ipſum allegatorum, addo deciſionem Aymo.in conſil.73.num. 27.uerſ.ſecundo reſpondeo &c.in primo volum.& Gogiad.in conſilio 11.nume.18.licet Socin.conſil.136.præſtantiſſime Doctor.in primo uol.uideatur contrarium tenuiſſe.in ſecundo dubio. Nunc autem pro iſto meo dicto inueni Bald. in d.l.bonæ fidei,in ſecunda colum. uerſi.alij dicunt,p rope finem dictæ colum. qui refert alios quos non nominat dicentes, quòd unus teſtis facit præſumptionem,non autem facit ſemiplenam probationem, & quod dicũt
14 quòd † hoc uocabulum non reperitur in iure,quia probatio eſt q̃d indiuiduum; unde ſicut ſeruitus non recipit ſemiplenam ſeruitutem, ita non eſt reperire ſemiplenam probationem. ſed ipſe uidetur tenere contrarium,arguendo ab abſurdo quod ſequeretur tenẽdo opinionem illorum,ibi per eum relatam, & ſubdit quod hoc tamen,quòd ipſe tenet,limitat Bart. quem refert,& ſequitur. Tamen Dominus Purpurat. in d. l.admonendi numero 243. dicit, ꝙ Bald.& Cacialup.ibi dicunt, quòd ex probatione duorum teſtium
15 reſultat quid indiuiſibile, ideò † non datur diuidua probatio,unde nulla lex loquitur de illa ſemiplena probatione, & refert Bald. in l.ſi is,qui.de teſtamentis,dicentem quòd eſſentialis forma,conſiſtit in puncto indiuiſibili, ſubdens,quòd ita diſputãdo contra communem teneri poſſet, à qua tamen in iudicando non eſt recedendum,dicit ipſe: & ſic præſupponitur quòd opinio contraria ſit cõmunis, pro qua dicit dominum Alexandrum conſuluiſſe in pluribus conſilijs ibi per eum citatis. Sed quidquid ſit de ueritate illius quæſtionis: ego non recederem in practica à forma dictæ petitionis,quæ in omni caſu eſt ſecura,prout etiam non eſſet recedendum à dicto decreto ſuperius poſito, & deſcripto per iudicem faciendo,quia ex quo requiritur notabilis cauſæ cognitio circa plura, ut ex ſupra dictis per me colligitur: & per Bald. in dicta l.ſin
16 bonæ fidei.notatur,iudex poterit † habere tempus ad ſe informandum:&cognoſcendum de omnibus prędictis requiſitis,ſtante dicto decreto eo modo,ut ſupra facto.
17 Modò quæro quo tempore † ſit facienda petitio delationis hu-
18 ius iuramenti ſuppletorij:quia omninò per partem † debet peti & requiri huiuſmodi delatio,quam iudex non poteſt facere,& ſic iu-

ramentum

ramentum deferre ex proprio officio, ut firmant Bar. & Doctor. in d.l. admonendi in ſecunda q. extra glo. & in ultima col. ſecundum Iaſ. in repet. dictę l. nume. 278. prope finem dicti numeri in penult. colum. qui inquit, ſe etiam de hoc dixiſſe in dicto loco, & aſſignat rationem, uidelicet: quia hoc reſpicit priuatam utilitatem, per regulam. l. quartę. §. hoc autem iudicium. ff. de dam. infect. & eſt uerū, quòd ipſe Iaſ. de hoc late dixit in dicta repetitione, & in d. quæſt. num. 268. ubi allegat dictam rationem, & latè loquitur allegando dominum Abbatem in contrarium: & etiam Domin. Alexand. de Imol. in conſilijs & tandem concludit tenendam eſſe opinionem Bartol. quæ eſt uera, & communis, ut ipſe firmat, quod requiratur petitio partis, & non poſſit iudex ex ſuo officio iſtud iuramentum neceſſarium deferre, confirmando etiam dictā opinionem, per plura ſimilia.

Et quia ſupra in uerſi. ego aliàs dicebam &c. in hoc capitulo tetigi unum circa petitionem delationis iſtius iuramenti faciendam, ut dominus Iudex poſſit etiam in hoc articulo ipſius petitionis ſe informare, dico uidendum eſſe dominum Iaſ. in d. repet. ſub nume. 269. ubi allegat, refert, & ſequitur opinionem Salyc. ibi, & in d.l. in
19 bonæ fidei, in hoc uidelicet qualis debeat eſſe forma petitionis huius iuramenti: Et in fine dicti numeri dicit ſe non inueniſſe alicubi Bartol. dicentem, quòd forma petitionis huius iuramenti debeat imperſonaliter concipi, nec etiam apud Bald. inueniſſe, & reſidet cum opinio. Salycet. cum non habeat contradicentem, ut ipſe inquit.

Sed ego addo in hoc articulo. Bal. in cap. ſecundo, in prima col. num. 7. de probatio. ubi iudicio meo melius loquitur, dicens, quòd ubi eſt bene probatum, non debet deferri ulterius ſacramentum, ſubdens, ſed pone ꝗ actor probauerit plenè intentionem ſuam, & non credebat probaſſe: quia teſtes non erant publicati, petit ſibi deferri ſacramentum in ſupplementum probationis, nūquid per hoc in aliquo derrogatur fidei teſtium? & reſpondet quod non, quia actus iſte fuit ſuperuacaneus, & erroneus, & etiam ſi fieret ex certa ſcientia non noceret, aſſerens caſum eſſe notabilem in ratione il
20 lius capituli, ſubdens, prudentius † tamen facit, qui dicit, peto in quantum mihi expedit, uel peto in defectum probationis, ſi quis eſſet, & ſic conditionaliter, & non aſſertiuè. Et iſta Doctrina iudicio meo eſt notanda, & ſeruanda in practica, tamquam tuta, licet domi-

dominus Iaſ. qui erat magnus Baldiſta de ea non fecerit mentionem, ſequitur poſtea dominus Iaſ. in dicta repetit. ponendo alias quæſtiones in materia, & ſub numero 70. poſt Bart. Tertiò principaliter
21 quærit † uſque ad quod tempus poſſit fieri dicta petitio. Et reſpondet, quòd uſque ad concluſionem in cauſa & dicit Bartolum dixiſſe, quòd iſtud admittit conſuetudo: quia concluſio in cau-
22 ſa † ſecundum Angelum ibi, claudit os partibus ut nihil amplius probare poſſint: quia per concluſionem in cauſa, uidentur partes re
23 nuntiare † omnibus probationibus.

Et quia iſta propriè eſt quæſtio, de qua agitur per me hic, ideò ſuper ea inſiſtam & adducam aliqua ad propoſitum facientia aliàs per me collecta.

Et in primis reperi ꝙ Raphael Fulg. in conſi. 145. incipiente, quoniam plurimè, tenet quòd talis petitio fieri poſsit ante concluſum in cauſa, dicens, quòd tale iuramentum ſuppletorium, poteſt quan
24 docunque deferri, dummodo † petitum fuerit ante concluſum in cauſa, & hoc ſequitur Marant. in ſuo Speculo in nono actu ſecundę partis fol. 71. ſecundum magnam impreſsionem ſub nu. 2. ubi alios citat.

Secundò concluditur quòd elapſo termino dato ad proban. &
25 etiam publicato proceſſu † poteſt quis petere, ut ſibi defertur huiuſmodi iuramentum. Ita concludit Ang. in l. in contractibus. circa finem nu. 4. C. de non numerata pecunia.

Tertiò eſt aduertendum ad unum quod eſt notabile & quotidianum: nam dicunt Doctores quòd iudex poteſt ex officio ſuo deferre iſtud iuramentum, & impendere officium ſuum non petenti
26 † ubi a principio pars petijſſet ſibi inſtitiam miniſtrari. ita inquit Abbas in cap. final. in finalibus uerbis, in ultima quæſt. de iureiurando, ſuper illa Doctrina Bar. in d. l. admonendi, quam ſequitur Iaſ. (ut ſupra dixi). & quæ Doct. eſt in ſecunda quæſt. extra gloſſ. ut ſupra dixi, & dominus Abbas adducit illud, quòd immo ex petitione uidetur pars aliquantulum ſuſpecta, ut dicitur de teſte ſe ingerente, ad quod fundamentum tamen reſpondet Iaſo. in d. l. admonendi numero 269. ſed dominus Alexander ſequitur dictam opinionem Abba. quam ponit in d. c. fin. in fine, firmans quod quando actor petit à principio, ſibi iuſtitiam miniſtrati, poſsit iudex etiam abſque alia petitione deferre iuramentum in ſupplementum probationis. Ita ſimpliciter pertranſeundo, & non examinando articulum,

culum.ut patet in conſi.91.in 5.uol.in ſecunda col.num.2.ſed Iaſ in loco ſupra proxime citato examinauit quæſtionem, & reſpondet fundamentis domini Abbatis.

Dicebat etiam dominus Alex.quòd iudex ex officio poteſt deferre dictum iuramentum, etiam poſt concluſionem in cauſa: nemine illud petente: ubicumque ſibi æquum viſum fuerit, & hoc in conſi.53.in cauſa uertente &c. numero 6.ubi allegauit dominum Ant.& Ioannem de Imol.in cap.primo.de iudicijs, quam Doctrinam Domini Alexandri uidetur ſequi perfunctoriè tamen, & incidenter Maranta in ſuo Speculo in diſtinctione principali in prima quæſt.num.23.

Quam deciſ. † non puto veram, quia doctrinæ allegatæ per ipſum dominum Alex.non probant dictum ſuum: nam dominus Antonius in dicto cap.primo, loquitur in interrogationibus quæ fiunt per iudicem quandocunque ex officio iuxta textum in l. ubicumque.ff.de interrogatoriis actionibus.quam allegant, ipſe dominus Alexander in d.conſi.53.& dominus Ant.in dicto cap.primo.Imo. uero nihil ponit ad propoſitum quod uiderim in dicto cap.primo. Et de relatione, & allegatione dicti conſi. Alex. facta per Marantã ubi ſupra parum eſt curandum, quia (ut dixi) perfunctoriè, & incidẽter retulit, & allegauit dictam doctrinam Alexandri, & ideo ego ſi eſſem iudex non auderem poſt concluſum in cauſa, neque parte petente, neque ex officio deferre iſtud iuramentum quia poſt con-
28 cluſum in cauſa uidetur † renunciatum omnibus probationibus, ut ſupra dictum fuit. Et clauſa ſunt organa iudicis ſecundum dominum Io.de Amicis in conſi.108.col.ſecunda, num. 7.& in alijs locis dicti conſilij. Non omitto ad propoſitum dicere, quòd ſi fuerit
29 data dilatio ad probandum & probatum habendum † per omne genus probationis: ut aliquando fit de conſenſu partium ſaltem tacito, quia neutra partium appellauit: tunc habetur pro concluſo in cauſa, & lapſa tali dilatione excluditur omnis probatio facti ita dominus Ant.de Butrio in cap.licet cauſam.de probationibus nu.12. in fine.& ibi Fely.num.58.Dec.num.32.Io.de Amicis in dicto conſi.dominus Alex.conſi.101. in ſecundo uol. & in l.Iubemus.in fine. C.de inditijs, ubi refert, & ſequitur illud dictum domini Antonii, & facit etiam Natta in conſil. 252.nu.2. in ſecundo tomo. & Marſ. in practica in §.ſequens num.9.Et ideo iudex animaduertat ad hoc propter ea quæ ſupra dicta ſunt.

Quartò adduco deciſ.454.domini Franciſci Marcij, in ſecundo tomo, ut dominus iudex aduertat ad caſum, de quo in ea ne erret,
30 nam ſi in cauſa reus petit † iuramentum ſuppletorium ſibi deferri ſuper ſolutione, per ipſum allegata. Et iudex proceſſit ad condemnationem aliter non facta declaratione ſuper delatione iuramẽti petiti, tunc dicendum eſt, quòd ipſe iudex grauauit reum & poterit appellare: quia tale iuramentum eſt neceſſarium: & ideoq; iudex debet deferre, uel declarare quare non defert. Ita habetur in dicta deciſione, quæ eſt breuis, & de facili uideri poteſt.

Quintò aduertendum eſt per iudicem, ꝙ ad hoc, ut deferri poſ-
31 ſit iſtud iuramentum, requiruntur ſex copulatiuę † ita ut ſi unum ex illis deficeet deferri non poſſit. Et iſta ſex enumerantur ſigillatim per Marantam in loco ſupra citato num.3. quibus enumeratis ſubdit, quòd practica cõmunis eſt quòd facta publicatione compareat litigator, & dicat qualiter credit ex proceſſatis plenè ſuam intentionem probaſſe, itaque debet uictoriam reportare, ſi tamen eum ſemiplene probaſſe contigerit, petit ſibi deferri iuramentum ſuppletorium, aliàs proteſtatur &c.

32 Sed aduertendum eſt, quia iſta practica † uidetur defectiua, nam, ſi dictus litigator probaſſet plusquam ſemiplene, certè illi eſſet deferendum iuramentum ſuppletorium, ſi id peteret, prout requiritur ꝙ petatur, ut de his omnibus ſupra uiſum fuit: ergo in hac petitione, ſeu practica petendi poſita per Marantam ubi ſupra, neceſſe eſt, quòd ubi dicitur, ſi tamen eum ſemiplene probaſſe contigerit, addatur, aut plusquam ſemiplene, per ea, quæ ſupra dicta ſunt.

Eſt ẽt aduertendum ad unum aliud de quo per Marantam, loco ſupra citato in fine dicti numeri tertij, qui ait, quòd ſi iudex non
33 daret iuramentum † concurrentibus dictis ſeu requiſitis ibi per eum enumeratis, faceret litem ſuam; & ego addo, quòd eo caſu etiam poſſet appellari a denegata iuſtitia: quia non deferendo dicitur grauare petentem: ut colligitur ex dictis per Franciſcum Marcium in d. ſua deciſ.

Non omitto, quòd (ut arbitror) Maranta habuit illa ſex de quibus ſupra, a Speculatore patre Practicæ, qui ea ante eum iam diu poſuit in libro ſecundo, particula ſecunda, ſub rubr. de iuramenti delatione in §. unico.

An autem, & quando huiuſmodi iuramentum poſsit deferri procura-

34 procuratori † vel procurator poſſit deferre, ponit Specul. ſub dicto tit. de iuramenti delatione. in fine uerſi. in ſumma nota &c.

Sed aduerte, quia iſte articulus non debet expediri ita ſicco pede, ſicut facit Speculator ibi, quia inuenio plures Doctores iſtam quæſtionem ponentes, & in primis Cacialup. in repet. d. l. admonendi num. 183. ubi dicit, quartò aduertas, tu iudex, quæ debent eſſe partes tuæ, quando cauſa agitur per procuratorem, utrum tale iuramentum poſſit præſtari uel ſubiri, per procuratorem, & allegat Lapum in quæſt. per eum diſputata: quæ incipit. Quidam plebeius &c. dicens, quòd primò arguit quòd non, quia ſicut teſtis non poteſt deponere per procuratorem: ita nec iſte, qui loco teſtis ſuccedit. item quia iuramentum debet præſtari ſi iurans ſciat ueritatem per proprium ſenſum, ergo per procuratorem præſtari non poteſt. ſupra tamen concludit, ꝙ per procuratorem, qui eſſet factus

35 dominus litis poſſet præſtari † dummodo deponeret per propriũ ſenſum corporis: ſed quod tamen honeſtius eſſet ut deferreretur principali: tamquam de cauſa melius edocto. Et quod idem dicendum eſt in procuratore, qui non eſſet dominus litis dummodo

36 haberet † ad id ſpeciale mandatum, & eſſet de cauſa bene edoctus per proprium ſenſum, niſi iudex arbitraretur iuſtius eſſe deferri domino principali, allegat Bar. in l. qui bona. §. qui alieno. ff. de damno infec. ubi tractat de reſponſionibus poſitionum. Et loquitur Cacialup. in materia iuramenti ſuppletorij ut patet ex præcedentibus, & ſequentibus; nam ſub num. 185. monet iudicem eſſe circunſpectum in conſiderando qualitatem, & conditionem perſonæ: & alia plura de quibus ibi, & in num. 186. per totum, & eandem quæſt. tangit, & bene, Franc. de Curte in d. repet. dict. l. admonendi. in terminis ſub num. 221. & 222. qui etiam poterit uideri in numeris ſequentibus. Et de hac opinione uide Papienſem in Practica, in forma iuramenti, quod defertur à parte parti ſuper gloſſ. uerb. Simoninus, & in alia gloſſ. uerbo. dicit, & proteſtatur &c. fol. 77. 2. facie, & 78. in 1. latere reſpectiuè.

Dicebat etiam Soci. in regule 204. in 6. fallentia. in ſuo tractatu fallentiarum (ſi ſuus eſt) quòd ubi agitur de legitimatione per

37 ſonarum ut eſt in procuratore ad agendum † quòd licet probauerit ſemiplene, iuramentum prædictum in ſupplementum probationis non defertur, allegat Ang. Roman. & Innocen. pro iſta opinione. Prædicta de plano procedunt niſi adſit ſtatutum diſponens,

M 2 quòd

38 quòd proprium † iuramẽtum ipſius partis requiratur, quia tunc non ſufficit illud præſtare per procuratorem etiam ſpecialem, ita tenet Do.Grat. conſi. 28.1.lib.nu.10.& 11. in fine primæ col. ad quod ego allego etiam Anchar.qui tangit hoc in cap. ut circa col. 3.in fine de electio.in 6.

Et quia regula affirmatiua pro delatione iuramenti, fallit ubi cauſa eſt magna, quamuis ciuilis, ut per glo.in dicta l.admonendi: quam ſequuntur Doctores ibi, & alibi, & per Soc.in fallen. 21. eſt
39 aduertendũ, ꝙ magnitudo cauſæ nõ obſtat quando fuit † probatũ pluſquam ſemiplene, & ſimiliter qñ præſumptio eſt contra partem ut ex multis argumentis, ita firmat Crauet.in conſi. 198. nu. 10. qui etiam ſub numero præcedenti tenet, quòd ubi ex teſtibus, uel aliter conſtat de ſubſtantia, & ueritate debiti, licet non probetur
40 certa quantitas † tamen ſuper quantitate deferri poteſt iuramentum ſuppletiuum & iſta eſt notabilis, & quotidiana deciſ. quam tenet etiam Cæpol.in cautel. 212. incip. Aliquis.

Et licet Purpurat. adduxerit nonnulla contra iſtam deciſ. in repet.d.l.admonendi num. 264. cum pluribus ſequentibus, tamen ipſemet fatetur ibi, ꝙ iſta eſt communis opinio. Et refert Bart. illã tenere, ibi. unde rurſus dico quòd iſta eſt notabilis deciſio & per iudices menti tenenda, Et dictam Doc.Bar.in d.l.admonẽdi, quam ſequitur dominus Ant.de Butrio in cap.fin.de iureiuran.citat, & ſequitur dominus Alex.in conſi. 69. uiſa facti narratione.in ſecundo uol.col. 2.in uer.comprobant &c.nu.7.& in conſi. 42.uol.3.col.fin. Addo prædictis Marſ.in ſingul. 322. uidend. omnino quando caſus occurreret, qui etiam uideatur omnino in ſing. 83. incip. in ore vulg. quia bene poterit ſeruire in practica.

Non omitto, quòd idem dominus Hypolitus ponit plures quæſtiones in ſuis ſingularibus primo editis, quæ poterunt uideri, & inueniri perquirendo ad tabulam dictorum ſingularium, & præſertim in ſingulari 197. tenuit, quod quilibet minimus defectus in te-
41 ſte † impedit, ut non poſſit deferri iſtud iuramentum parti, & in ſingulari 273. examinat an, & quando ſpurius etiam legitimatus
42 † poſsit dici idoneus ad hoc, ut ei, qui produxit illum in teſtem, poſsit deferri iuramentum ſuppletorium. Et quia præſupponit, ꝙ ſpurius ſit infamis, eſt aduertendũ: quia contrariũ diſputando ſatis pulchre, & bene iudicio meo tenet illuſtriſsimus D.Cardinalis Paleottus, in ſuo tractat.de ſpurijs, & notis, quem compilauit in ſua

iuuentute,

iuuentute. Omnia prædicta ſunt uera de iure communi, ſed ex forma ſtatutorum noſtrorum, iſtud iuramentum non poteſt deferri ubi lis,ſeu cauſa ſit quantitatis,rei,uel facti excedentis ſummam, uel æſtimationem uigintiquinque librarum,aliàs pro non delato & præſtito habeatur & ſit,ut in ſtatuto Bonon. de probatio. ſolutionum &c.in fine fol.20.ſecunda fac.& poſſet ſimile ſtatutum eſſe in
43 aliqua alia ciuitate,ideo iudex ſemper † ante omnia ad ſtatuta animaduertete debet.

Nunc agendum eſt de alia ſpecie iuramenti iudicialis, quod multum frequentatur in foro,& appellatur iuramentum litis deciſiuum: ab initio uoluntarium reſpectu deferentis,ſiue ſit actor, ſiue reus,ac poſt delationem uterque iurare uel referre tenetur, & cogitur regulariter,dum tamē ipſa delatio per iudicem approbata
44 † fuerit,nec recuſari poteſt, aliàs recuſans habetur pro confeſſo, quia,ut inquit lex,manifeſtæ turpitudinis eſt nolle iurare uel iuſiurandum referre.l.manifeſtæ.ff.de iureiurando,cum ſimilibus: requiritur tamen declaratio Iudicis ad hoc, ut quis habeatur pro confeſſo, & ut noceat hæredi dicta pronuntiatio præcedere debet ſecundum Bart.& Doct.in d.l.manifeſtæ.hæc omnia ponit Lancelot. Conrad.in ſuo tractat.de Prætore,pag.157.num.6.& 7. ubi etiam
45 inquit,quod iuramentum approbatum a iudice non poteſt † reuocari per deferentem,ſicut etiam reuocari non poteſt per deferen-
46 tem ſi poſt delationem fuerit accaptatum † ſine iuſta cauſa.Soc.cōſi.90.col.2.num.14.in 4.uol.Ampliat Lancelot. ubi ſupra num.8. poſt Iaſ.cuius eſt ſectator,primo,ut ille, cui defertur iurare teneatur etiam quando ex diſpoſitione legis uel ſtatuti grauaretur one-
47 re probandi. Secundo ampliatur † ut cogatur iurare ille cui defertur,etiam ſi dicat ſe uelle probare per teſtes,uel inſtrumenta.

Aduertendum tamen eſt, quòd ſi is cui defertur requirat defe-
48 rentem † ut imprimis iuret de calumnia,tenetur iurare aliàs proceſſus nullus redditur l.iuſiurandum & ad pecunias §.qui inſiurandum.ubi Iaſ.nume.3.ff.de iureiur.Lancelot.d.pag.157.nu.8.

Modò iſta regula,quod ille cui defertur iuramentum teneatur iurare,uel iuſiurādum referre,limitatur,& declarāt pluribus modis poſitis per Iaſ.& relatis per ipſum Lancil.in d. pag.157. & in pag.
49 ſequenti,ubi ponit caſus † in quibus poteſt recuſari tale iuramentum. Et primus eſt ex perſona deferentis,ut ſi eſſet prodigus, furioſus,pupillus & minor ſine authoritate tutoris, uel curatoris.&

idem dicit eſſe in procuratore etiam ſi caueat de rato: niſi habeat mandatum generale cum libera, uel ſpeciale, uel ſit procurator in rem ſuam. Et iſta dicta poterunt addi ad ea, quæ diximus ſupra in materia procuratoris, addendo ad ſpeculatorem. Deinde proſequitur idē Lanc. in d.pa.158.& ī pa.159. cūmulando uiginti cauſas, propter quas licet recuſare hoc iuramentum: ideo non refero quia ibi uideri poſſent, ſi caſus occurreret.

Ego autem non omittam addere non nulla in iſtis terminis per iudicem animaduertenda, & in primis ſciat iudex, quòd iſtud iu-
50 ramentum † deciſiuum nō debet deferri illi, qui habet modum aliter probandi ſuam intentionem, & ſic in effectu non defertur niſi ita demum quando deficiunt aliæ probationes, & ſic in ſubſidium. cap.ſecundo, de probatio.& ibi Bald. circa finem in uerſi. ſecundo nota.& Abbas in figuratione caſus dicti capituli. Marant. in Speculo loco pręcitato, ſub numero quarto, dum exemplificat caſum. l. manifeſtę. Et hāc opinionē ꝙ inopia ꝓbationis requirat tenet Azo
51 in ſumma. C. de rebus creditis & iureiur. col.1.& eſt textus in d.l. in bonæfidei. C. de reb. credi, & iureiur. & ibi Bal. in sūmario. Et iō ubicunque iudex uidet, & audit, quòd una pars uult deferre iuramentum alteri parti ſuper re, de qua agitur, & offert ſe uelle ſtare iuramento ſuo, debet perquirere, & intelligere ab illo deferre uolente, & ita ſe offerrente, ut ſupra, an habeat aliquos teſtes, uel aliquas probationes ad probandum ſuam intentionem; & ſi dixerit quod ſic, tunc ceſſet a delatione iuramenti, & moneat illum ad probandum aliter, quam per iuramentū, & ita aliàs obſeruaui dum fungerer munere iudicandi, quinimmo uidi, & audiui aliquando quoſdam litigantes, qui ex ſe manifeſtarunt ſe habere teſtes, dicentes, domine Iudex deferas illi iuramentum: quia ſi iurabit, ego uolo examinare teſtes coram iudice criminalium, & obtinere illū puniri criminaliter, & tunc ego dixi, quòd non poteram cauſam decidere per iuramentū, & illum monui ad inducendum teſtes iux. prædicta.

Præterea vidi alios litigantes multum contendere ſuper hoc,
52 videlicet cui magis eſt & deferendum iuramentum † an ſcilicet actori, uel reo, & de iſto articulo allego Bald. in l. non hoc. C. unde cognati. referentem Iacobum de Arena tenentem quòd in dubio tenetur Reo. ſed ipſe Bald. dicit hoc credere uerum eſſe ſi iudici uideatur ei deferendum ex perſonarum, & actuum qualitate,

& in hoc uideatur omnino dominic. de Sãcto Geminiano, in conſ. 137. ſuper iſto dubio &c. colum. fin. num. quinto, ubi ait, quòd licet in iudicis opinione ſit cui debeat deferre tale iuramentum, cõſideratis qualitatibus perſonarum &c. tamen debet ſemper iudex
53 deferre † iuramentum illi parti, quæ de eo quod iurat eſt per ueram ſcientiam informata, & non per credulitatem, & aſsignat rationem, & alios allegat.

Item ſciendum eſt quòd dictum iuramentum nequaquam defer-
54 ri debet ei, qui habet ſuam intentionem † fundatam per publicum inſtrumentum, ita tenet Papien. in practica in forma libelli, iuramentum, quod præſtatur a parte parti. colum. prima, num. quarto,
55 quia cum plene probauerit non eſt grauandus ad ulteriorem probationem, & quidem fruſtatoriam, ſeu non neceſſariam. Idem tenet Cur. Sen. in tract. poſito, in decimoſeptimo breuiloquio. in uerſicu. & ex hoc dicit, quod non poſſem cogere &c. & eſt text. clarus in cap. ſecundo, extra de probatio. vbi reprobatur conſuetudo contraria.

Prout etiam non deberet deferri iuramentum huiuſmodi, quan
56 do forma, ſuper qua eſſet iurandum, eſſet talis & taliter concepta, quod iuramentum non imponeret ſinem controuerſię, de qua ageretur, nam tunc non uerificaretur qualitas ipſi iuramento attributa, uidelicet quòd eſſet deciſiuum litis, prout nuncupatur. Ita tenent Doctores in d. l. manifeſtæ. ff. de iureiur.

57 Habui aliàs maximã controuerſiam in qua † factus fuit magnus clamor, inter quondam dominum Iudicem, & me: quia ego eram pro Reo, & actor, qui principalem meum conuenerat coram dicto Iudice, nihil pœnitus probauerat de intentione ſua uerè, uel præſumptiuè: & tamen inſtabat inſtanter, & inſtantiſſime deferri iuramentum deciſiuum principali meo, & ſic, ut ipſe principalis tunc præſens iuraret uel iuſiurandum referret, at ego negabam principalem meum ad id cogi poſſe: & fundabam intentionem meam in l. qui accuſare. C. de edendo, ubi dicit textus, quòd actore non probante reus eſt abſoluendus, etiam ſi nihil præſtiterit: Et ſic dicebam ibi eſſe textum ad literam pro deciſione caſus huiuſmodi ad fauorem mei principalis, illum non cauillando. Allegabam etiam Abbatem & alios in cap. fin. de iureiurando. Et per hæc, & alias rationes tunc per me allegatas, obtinui, quòd non fuit coactus principalis meus iurare, licet iudex ille multum exclamaue-

rit, quia uolebat omninò, quòd iuraret. Sed ego habui recurſum ad ſuperiorem Gubernatorem Apoſtolicum tunc Archiepiſcopũ Sipontinum: qui poſtea fuit Cardinalis de Monte, & tandem ſummus Pontifex electus ſub nomine Iulij III. qui erat optimus Doctor, & concurrit in opinionem meam, & miſit Mazerium, ut appellant, ad illum iudicem, ut ex parte ſua iuberet releuari dictum principalem meum, quem detinuerat in palatio, & iuſſerat non recedere niſi iuraret, & recordor etiam quòd tunc allegaui dominũ Hyppoli. de Marſi. in ſingu. 83. incipien. in ore uulgi eſt illa lex &c. ubi ait quod multi ſunt qui dictam. l. manifeſtæ turpitudinis. ff. de iureiuran. allegant. & tamen pauci ſunt qui eam recte & ſane in-
58 telligant, quia illa non intelligitur ita ſimpliciter † ſed tunc demum habet locum, quando actor habet aliquam iuris præſumptionem pro ſe uehementem, uel aliquid ſemiplenè probauit: aliàs iſtis deficientibus reus non eſt in manifeſta turpitudine, nollens iurare, uel iuramentum referre, ſubdens quod ita ſingulariter limitat Speculat. d. l. in titul. de iuramenti delatione. §. primo, uerſicul, ſin autem actor &c. & allegat idem dominus Hypol. plura alia ad propoſitum facientia, pro iſta opinione, aſſerens dictum ſpeculatoris eſſe fundatum per regulis iuris, & ſuper æquitate, & quod ipſe Dominns Hyp. in contingentia facti obtinuit, & practicauit dictum ſpeculatoris, nam ſi nil tecum habeo agere (dicit ipſe) uidetũ durum, & iniquum quòd poſsis me cogere ad iurandum.

Præterea inueni poſtea Dominum Bartolom. Soc. (ſi tamen conſilium eſt ſuum quod non puto, ſed credo quod ſit conſilium alicuius alterius Doctoris doctiſsimi: tamen fuit impreſſum inter conſilia ipſius Socin. in ſecundo vol. ſub num. 184. vbi dictus Doctor tenet & fortiter defendit dictam opinionem ſpeculatoris, & ſequacium, & dicit quòd illam approbat Ioan. And. in additionibus, declarando ut ibi per eum, & in initio dicti conſilij inquit, quòd difficilis, & dubius eſt articulus, ſi actor nihil probauit, & defert Reo iuramentum, an locum habeat d. lex, manifeſtæ. ff. de iureiur. ſimiliter quòd Reus iurare cogatur, uel iuramentum referre, & in ſecunda colum. dicti conſilij utitur argumento tunc in dicta quæſtione facti, per me relato, uidelicet, quòd quis non debet grauari ſuperflua probatione iuramenti, & ſic in effectu dictum conſilium uidetur optimum pro deciſione huius quæſtionis, & maxime, quia reſpondet ad contraria.

Ali

Aliam quæſtionem reperio fuiſſe in facto, in qua conſuluerũt Natta & Crauet. ambo moderni Excellentiſsimi. Pone, ſumus in caſu in quo deferens iuramentum ignorat, is uero, cui defertur nouit, & ideò tunc non poteſt habere locum relatio iuramenti, ne co
59 gatur deferens iurare ſuper eo facto alieno, quod probabiliter ignorat. dominus Crauet. in conſi. 203. tenuit, quòd licet iuramentũ non poſsi referri neſcienti factũ, uel dubia de facto qui duo caſus de iure parificant: tñ ille cui defertur nõ põt recuſare, ſed cogitur iurare ex quo nouit factum, licet iuramentum non poſsit referri modo, quo oblatum eſt, adhuc cogitur quis iurare, & totum ar-
60 bitrio iudicis finiendum eſt dicit ipſe dominus Crauet. in d. conſ. in prima colum. ſub nume. 6. qui poſtea in progreſſu firmat iſtam concluſionem pluribus argumentis ſimilibus, & oſtendit quòd imo referri poteſt hoc caſu iuramentum deferrenti, quia licet factũ ignoret poterit referri ſuper credulitate ſua, ideſt an credat ita eſſe prout detulit: nec uideri hoc inconueniens debet, quia non eſt neceſſe quod referatur iuramentum eo modo, quo delatum eſt, dicit tex. in §. non ſemper. l. iuſiurandum & ad pecunias. ff. de iureiur. ideò referre poterit de credulitate, & ut latius ibi per eũ, qui hæc ſcribit, & alia ad propoſitum ponit, pro confirmatione huius opinionis in dicto conſilio colum. final. præſertim num. 26. uſque ad finem.

Sed dom. Natta in conſi. 35. Iſte magiſter Franciſcus in primo tomo, tenuit totum contrarium, uidelicet, quòd ille deferens ignorans factum probabiliter non cogitur iurare: quia ignorans, & dubius iurare non cogit, ut dixi, & ideò non hẽt locũ relatio: ſed ignorantia, & dubietas ſunt iuſtæ cauſæ recuſandi iuramentum, & alia fundamenta facit pro iſta parte, quæ uideri poſſunt in dicto conſil. in quo in ſecunda colu. inter alia dicit, quòd ex quo ille magiſter Franciſcus, de quo in illa cauſa, aſſumpſerat onus probandi & non
61 probauit † quia tunc reus abſolui debet & iurare non cogitur, allegat Dec. in c. ſecundo, de probatio. & Soc. in d. conſi. 184. lib. 2. ex quo fundamento colligitur una fallentia ad illam regulam dictæ l. manifeſtæ turpitudinis. ut patet, & poſt Sal. in eadem. l. ait, quòd
62 illa lex non habet locum in nolente † iurare, quia neſcit ueritatem cum non ſit de facto proprio, ſed ſolum, quando quis ſciens ueritatem, non uult iurare, cum poſsit, ſed quando quis iurare uellet,
63 & non poteſt, quia ignorat. tunc non cogitur iurare, nec † referre,

&

& idem dicendum eſt ubi dubitat; quia æquiparatur ignoranti.l.fi. §.ſinautem neſcius. C. de furtis, & de iſtis duobus conſilijs dictorum duorum clariſsimorum virorum mentionem fecit Menoch. in caſu 189. de arbitrarijs iud.nu.8.fol.212. ubi ipſe ponit opinionem ſuam.

Ex his intelligitur, & declaratur Doctrina Bar.in d.l.iuſiurandum & ad pecunias.§.ait prætor.ff.de iureiurando. Et quia Bar.in fin. dicti. §. ait prætor, ponit exemplum in hac materia de iuramento per Christianum deferendo Iudæo, & econtra uide Craue.in dicto conſil.73. ubi nonnulla ponit ad propoſitum, præſertim in ea quæ-
64 ſtione, an Iudæus poſsit deferre † iuramentũ Christiano, & alia notabilia in pact. ſcribit Menoch.in caſu 190.num.15.in Iudæo tenet non eſſe deferendum per ſententiam Baldi.in l.qui accuſare nu.2. C.de edendo: quam non eſſe ueram refert dicere Craue. in d.conſ. 73.nu.26.& alia de Iudæo proſequitur.

Aduertat quoque iudex, ſi in cauſa coram eo uertente, alter litigatorum iuramentum alteri detulerit, ad qualitatem perſonæ de-
65 ferentis, quia ſi eſſet perſona inhabilis † tunc iudex tale iuramentum approbare non debet.l.tutor pupi.ff.de iureiur.ubi eſt tex.clarus.ideo aduertat, ne coram eo actus nullus fiat, quia ſua intereſt propter honorem.

Rurſus, quia aliquando accidit controuerti coram ipſo iudice, ſuper qualitate, ſeu forma iuramenti, quia ille, qui defert uellet, quòd aduerſarius iuraret uno modo, alius uerò alio, tunc ipſe iu-
66 dex † debet interponere partes ſuas, & concipere eius arbitrio formam iuramenti, quia lex ad arbitrium ipſius iudicantis hoc remittit d.l.iuſiurandum & ad pecunias.§.ſi de qualitate.ff.eodem titul. Glo. quærit ibi utrum ſit iurãdum in præſentia iudicis, uel in libro uel in eccleſia, uel alibi, & ſe inuoluit, & nihil decidit: ſed ego dico, quòd omnino iurans debet iurare coram ipſo iudice & ad illius de-
67 lationem. Et hoc probo: quia iſtud iuramentum dicitur eſſe iuramentum iudiciale, ut ſuperius dictum fuit, & tenet glo.in rubrica, ff.de iureiuran.ſi igitur eſt iudiciale, debet fieri in iudicio, tamquã actus iudicialis; acta uero dicuntur iudicialia, ſi fiunt in iudicio Iudice ſedente pro tribunali, ut notant doctores maxime Moderniores in l.2.C.de edendo.

Præterea ſi debet interuenire approbatio iudicis, qui approbet delationem iuramenti & formam illius, neceſſe eſt, quòd fiant iſta

coram

68 ipſo iudice pre tribunali ſedente, quia in iſtis † requiritur cauſæ cognitio in multis, ut ex præmiſsis apparet, & ẽt ex infraſcriptis
69 apparebit, non enim debet uolens iurare † ex ſe, & ſua authoritate iurare, aliàs iuramentum non ualet, ut ſatis uidetur probare textus in lege, ait prætor. in principio. ff. de iureiurando, ibi nam ſi Reus iurauerit &c. vbi iuriſconſultus argumentatur ab abſurdo quod ſequeretur, ſi aliter diceremus, & ibi hanc concluſionem tenet dominus Alexan. ſub num. 2. & hoc eſt adeo uerum, quod non præſumitur delatum licet appareat iuratum, ut per eundem Alex. in l. nam & poſtea. §. iureiurando, quam legit ſub lege ait prætor. la ſecunda eod. tit. & per Iaſ. in d. l. ait prætor. la prima, eod. tit. num. 5. quæ omnia declara, & limita, ut per Crauet. conſi. 196. & per Caccialup. in trac. de debitoribus ſuſpectis, quæſt. ſexta, uu. 21. & Pariſ. in conſi. 101. in 3. uol. num. 3. Hæc concluſio fallit fauore matrimonij, ut per Alexan. loco ſupra citato. Et de loco, de quo & quærit glo. prædicta, dico quod debet preſtari ad tribunal ipſius iudicis cauſæ, & in loco in quo ipſe ius reddit.

Hinc ſumpta occaſione dico ad alia eſſe aduertendum per iudicẽ
70 uidelicet, quòd forma † iuramenti taliter ſit concepta ne poſsit dici captioſa, & ad illaquaendum iurantem, & ad illum inducendum ad ſubeundum anceps periurium facta. Item ꝙ ſit taliter concepta, quod ſi ſuper ea fuerit iuratum, lis, & cauſa dicatur totaliter deciſa, & finita: quia iſtud iuramentum dr̃ eſſe deciſiuum, ꝙ non
71 eſſet ſi adhuc præſtito iuramento † remanerent aliquæ reliquiæ, propter quas adhuc eſſet neceſſe litigare l. Aliàs. ff. de iureiuran. & per Alex. in l. Manifeſtæ. eod. tit. in ultima col. num. 6. & facit. l. nam & poſtea. de iureiurando, in principio. cum ſimilibus: debet enim ex iuramento oriri exceptio ad fauorem rei iurantis, & denegari actio Actori, & econtra ut in d. l. in principio & in §. primo probatur.

Sed hoc declara, & intellige quando iuſiurandum fuerit dela-
72 tum † ſuper tota cauſa, quia aliquando poſſet eſſe, quòd deferens iuramentum illud deferret, ſuper uno capitulo tantum, quod fieri poteſt, ut eſt tex. cum glo. ſuper uerbo. cauſa in l. generaliter. §. ſed iuramento, C. de rebus creditis, & iureiuran.

An autem ſit locus penitentiæ, ut qui defert iuramentum poſt-
73 quam alius dixit, ſe uelle iurare poſsit ſe penitere † & dicit Bart. quod non in l. ſi non fuerit. ff. de iureiuran. ubi ſe remittit ad dicta

etiam

etiam per eum in l.non erit.§.ſi neque ff.eo.tit. quo in loco ſub nu. 4.tenet,quòd delationem poteſt actor reuocare, nec habetur pro remiſſa,declarat hoc procedere:ut antequam iuramentum ſit receptum poſsit deferens indiſtinctè pœnitere. deinde ſubdit, quòd ſi eſt receptum non eſt locus pœnitentiæ, ſed habetur pro remiſſo, & quòd ex cauſa poſsit pœnitere antequam iuretur:ſicuti ex cauſa poteſt ab initio recuſari,& de hac materia uide textúm in d.l.generaliter §.ſinautem.

Notandum eſt etiam, ꝙ iſtud iuramentum deciſiuum eſt talis
74 naturæ † ꝙ poſtquam illud eſt præſtitum non eſt quærendum ulterius an uerum ſit iuratum uel falſum l.ait prætor,la prima. §. dato.
75 ff.de iureiur.ubi Alex.num.3.qui aſſerit † hoc limitari,non habere locum in cauſis matrimonialibus in quibus ſententia non tranſit
76 in rem iudicatam. Inſuper reperitur, quòd in omni † iuramento deciſiuo,ineſt tacita conditio, ſi in continenti iuretur uel remittatur. Ita tenent Doctores,per illum textum, in dicta l.ait prætor. la prima,§.ſi neque.titulo preallegato,ita colligit ibi Alexander in primo notabili,ſed Iaſ.dicit ſi incontinenti iuretur: adde uel incon
77 tinenti acceptet,† ſubdens quòd ideo cautela eſt ſecundum Bartolum,& Doctores quando defertur tibi iuramentum,quod tu in-
78 continenti acceptes † ſed dicas quòd uis deliberare qualiter debeas iurare,ad hoc uide Alex.in l.iuſiurandum & ad pecunias, in prin.verſ.extra gl.de iureiurando.
79 Nam poſtquam acceptaſti † non poteſt deferens reuocere,niſi ex iuſta cauſa, puta propter nouas probationes, quæ ſuperueniſſent.

Notandum eſt etiam quod ad hoc, ut iuramentum præſtitum
80 ualeat tria † requiruntur.

Primò quòd ſit delatum à parte.

Secundò quòd ſit præſtitum ſub illa forma ſub qua delatum eſt.

Tertiò quod incontinenti,& ſuper his omnibus ſupra,aliqua deduximus,& de iſtis tribus requiſitis uideas Iaſ.in dicto §.ſi neque num. ſecundo. Et ex iſtis ſupra proxime dictis in ſupraſcriptis duobus uerſiculis: ego arbitror ſumptam fuiſſe illam practicã,
81 qua quotidie utuntur practicantes in foro, † quia ſtatim quòd unus defert iuramentum alteri, offerendo ſe uelle ſtare iuramento illius,ille cui defertur, petit exhiberi formam iuramenti,& illam ſibi

ſibi dari, cum termino ad uidendum, & deliberandũ, & poſtquam illam habuerant opponant multas oppoſitiones, ne dicam cauillationes, ad diffugiendum illum actum iurandi, ad quod eſt aduertendum per iudicem, & obuiandum calumnijs: quia ut ex præmiſſis apparet talis cui defertur iuramentum, tenetur illud acceptare, uel referre incontinenti, & ita iudex debet curare quod acceptet,
82 † uel referat, antequam copiam formæ iuramenti decernat dicto petenti, quia iſte eſt ordo iuris, ut colligitur ex iam dictis.

Sed ſtatuentes noſtri, & forte etiam alij aliquarum aliarum ciuitatum, ad reſecandum huiuſmodi ſubterfugia diſpoſuerunt: quòd ubicunque altera partium ſtare uoluerit ſacramento partis aduerſæ, teneatur ipſa pars iurare, uel iuſiurandum referre parti deferen
83 ti, niſi ex iuſta cauſa recuſauerit, & quòd ſufficiat † partem, cui deferretur, uel referretur iurare ſi fuerit pars rei ſe non teneri, uel obligatam eſſe. Et ſi fuerit pars actoris, ſufficiat iurare partem rei ſibi teneri, uel obligatam eſſe ad rem, uel factum, de quo, uel qua eſt queſtio, & ſacramento talis iurantis credatur, & ſtetur.

Sed ſubdunt ſtatuentes, ſi poſt iuramentum delatum, uel relatum, & præſtitum, ut ſupra, probetur legitime contrarium eius de quo iuratum fuerit, puniatur iurans, ſic in duplo parti applicando eius, de quo apparebit ipſum taliter deieraſſe: & nihilominus condemnetur cameræ Bonon. pœna impoſita, ex forma ſtatuti ſub ru-
84 brica de pœna periurij. Et in hoc ſtatutum † deuiat à iure communi. l. non erit. §. dato. ff. de iureiuran. ubi iuriſconſultus inquit, q dato iureiurando non aliud quæritur, quàm, an iuratum ſit, remiſſa quæſtione &c. Et ſuper ſimili ſtatuto habetur conſilium Bald. 454. in tertio uolum. qui cum quadam diſtinctione, tenet quòd iudex poteſt interrogare partem, quæ iurauit, & illam cogere ad reſpondendum, quamuis ad illud conſilium poſſit reſponderi illud
85 loqui in caſu, † quo proceditur extra ordinem, ſecus ſi iudicium eſſet ordinatum legitimè: quia tunc reſponderi debet poſitionibus in forma: quod nota: quia dictum conſilium allegatur, in quadam apoſtilla ad dictum ſtatutum, quod eſt ſub rubrica, de uocatis in iure & uenientibus. in §. & quòd ubicunque altera partium &c. fol. 8. in primo latere, & male refertur Bald. ut patet ex lectura dicti conſilij, quia non loquitur Bald. de mutatione formæ iuramenti datæ, ſed loquitur quod poteſt interrogare iudex iuxta diſtinctionem ibi traditam per eum, ſed de dicta mutatione formæ uidimus

ſuprà

ſuprà,ubi partes non conſentiunt iudex poteſt illam concipere, ad quod allegatur tex.in l.iuſiurandum & ad pecunias.§.ſi de qualitate.ff.de iureiur.iuncto.§.non ſemper.in eadem.

Quod attinet ad regulam ſupradictam, de qua in l.non erit §. dato.adduco Lancel.in tract.de pretore pag. 160.ubi poſt Iaſ.ponit regulam prædictam: ut iuramento præſtito nihil ulterius quæratur,& illam ampliat,ut procedat etiam in ſpiritualibus, in quib. non admittitur probatio in contrarium poſt iuramentum, niſi ex iudicis officio.

Secundò dicit ipſe Lancelo. quòd uidetur dictam regulam poſſe ampliari,ſecundum Guglielmum de Cune. relatum per Marſilium.in l. unius. §. cuſtodiæ.in quarta colum. prope finem in uerſic.item facit etiam ſingulare uerbum &c. ff. de queſtio.ut ſi quis petit iuramentum deferri in caſu, quo iudex nolebat deferre, non poterit poſtea deferens reſcindere ſententiàm ex nouis probationibus ſuperuenientibus, ex quo uoluntariè petijt tale iuramentum deferri,quòd eſt dictum notabile,& ſingulare ſecundum Marſiliū ubi ſupra,ſi uerum eſt.

Limitat poſtea Lancelot.dicta pag. 160.numero decimo, quinque modis,de quibus ibi per eum,quos non refero,quia non uidētur multum practicabiles,& ibi legi poſſunt.

Succeſsiue dicendum eſt aliquid de tertia ſpecie iuramenti de qua ſupra in principio huius captis,quod ſæpe (ut inquit Lancel.) apud prætorem uentilari ſolet. Et inquit ipſe loco ſupra proxime citato nume. 12.quòd huiuſmodi iuramentum,quod in litem
86 dicitur † tripliciter conſideratur: allegat Paul. de Caſtr. & Iaſ.in rubrica,de in litem iurando,quoddam dicitur,ratione intereſſe particularis ſecundum affectionem particularem, quod aliàs noſtri uocant intereſſe affectionis, quoddam aliud eſt ratione intereſſe ſingularis extra rem. Quoddam ratione intereſſe communis quod eſt de ueritate, allegat Bartolum, & Doctores,& precipue Iaſonem in l.in actionibus. ff. de in litem iurando.& latiſſimè (quòd certe cum ueritate magna dici poteſt) Dominus Ioan. Baptiſta Plot.in repet.l.ſi quando.C.unde ui.ubi uidendum dicit. Et addit multos alios caſus cumulatos per Marſilium in rubri. C. de probatio.num. 119. & ſequenti,in quibus iuramentum plene pro-
87 bat, † & ipſe ibi in dicto ſuo tract. pag.161. adducit decem,& nouem,& cum illis facit finem in materia iuramenti.

Sed

Sed quia doctores antiqui, & moderni ampliſsime tractarunt iſtam materiam huiuſmodi iuramenti in litem in dicta l. in actionibus. ff. de in litem iurando, & ultra illos dictus Dom. Ioan. Bapti-
88 ſta Plotos † ſuperinde ad ſaturitatem & ultra ſcripſit. Et denique dominus Phanutius de Phanntijs Excellentiſsimus Iuriſconſ. Lucenſis edidit inſuper tractatum de in litem iurando, diſtinctum in tres partes, & in quinto membro ſecundæ partis tractauit ea, quæ
89 ad praxim pertinent, atque ideo eſſet ligna ad nemus afferre uel le ulterius aliquid ſcribere circa iſtud iuramentum in litem. Et ſic erit finis materiei dictarum trium ſpecierum iuramentorum ſupra in initio deductorum, ad laudem & gloriam omnipotentis DEI & eius matris glorioſiſsimę, ac totius curiæ cæleſtis.

Abſoluta materia trium iuramentorum non poſſum me continere, quin aliqualiter uerba faciam de iuramento calumniæ, ꝙ
90 eſſet † multum & neceſſarium hodiernis temporibus: ſi modo coleretur religio eo modo, quo colebatur temporibus maiorum no-
91 ſtrorum: quibus ſacramenti † timore contentioſa litigantium inſtantia compeſcebatur l. 1. in princ. C. de iureiurando propter calumniam dando.

Eſſet igitur imprimis uidendum, quid ſit iuramentum calum-
92 niæ. † Et quis debeat iurare, & quando, & in quibus caſibus iuran
93 dum ſit, quid contineatur in eo: & quæ ſit pœna † nolentis præſtare huiuſmodi iuramentum. Et de iſtis omnibus habetur, per D. Azonem, & per dominum Hoſtienſ. in ſummis ſuis ad plenum ad quas eſſet recurrendum, ſed etiam eſſet uidendus D. Maria. Soc. Sen. in rubrica extra, de iuramento calumniæ. ubi pleniſſime ponit prædictas omnes, & plures aliàs quæſtiones uſque ad num. 14. in materia iſtius iuramenti. Qui omnes dicunt ꝙ in eo iuramento continetur iſtud, Nám iurat actor, quòd lis ſibi iuſta uidetur, ſcilicet actori in agendo, & reo in defendendo, & ſi quæretur uerum non inficietur, ut lis tardetur dilatio nulla petetur. Nihil promittetur ſcilicet cauſa corruptionis, nec falſa probatio detur ſcilicet quo ad inſtrumenta, uel teſtes, uel aliàs ſpecies probationis, ut hæc omnia deducuntur ex l. ſecunda, in princ. C. de iureiuran. propter calum. dand. & habemus glo. magiſtram in inſtitut. tit. de pœna temere litigantium. in §. primo. ſuper uerbo, ad contradicendū, quæ eſt uidenda: ponit enim uerſus in quibus deſignat omnia capitula iuramenti calumnię tam ex parte Actoris quàm ex parte rei, nam

que

que ſub illo titulo, de pœna temere litigantium.de utroque habetur,ut in §.item actoris,& in d.§.primo.& etiam in dicta l.prima ſupra allegata. Et pœna nolentis præſtare iuramentum huiuſmodi eſt:ut actor ab intentata actione cadat, ſcilicet per ſniam; quia abſolnetur reus,ſed ſi reus iurare noluerit habetur pro confeſſo in iure,& ſic pro conuicto,ut hæc omnia poſuit Hoſtienſ. in ſua ſumma col.ſi.in duobus ultimis uerſiculis,& eſt textus literalis in l.2. §.quod ſi actor C.de iureiuran. propter calumniã dando. eſt enim calumnia cum quis ex certa ſcientia iniuſte agit, uel reſiſtit, & dicitur iuramentum calumniæ ſcilicet uitandæ,uel propter calumniã uitandam.

94 Iſtud iuramentum ſecundum omnes † ſi non præſtatur; quia non fuerit petitum non nocet omiſſio, quia omnes intelligunt, ꝙ præſtandum ſit ita demum ſi petatur.adducitur textus in l. iuſiurandum & ad pecunias.§.qui iuſiurandum.& ibi Iaſ.ff. de iureiurando.ubi uideatur:prout etiam ad hoc uideri poterit Menoch. de arbitrarijs iudi.queſt.uigeſima lib.primo fo.18.num.5.& Rolan.a Val.in conſi.71.in primo uol. num. 7. in uerſ. tertio ex alio capite Maranta in Spec.fol.65.ſecunda facie iuxta magnam impreſſionem in primo actu. ꝙ ſequi ſolet in iuditijs poſt litis conteſtationem,quia tunc ſcilicet cum petitum fuerit dicunt eſſe de ſubſtantia iuditij,& ideo ſi non præſtatur proceſſus eſt nullus,ſi uerò non petatur non eſt nullus,nec annullandus,ut inquit Papa in ca. 1.de iuramento cal.in 6.

95 Et eſt quæſtio † an poſſit huic iuramento renuntiari, quia Iuſtinianus in l.ſecunda.§.ſed quia ueremur. dicens ſe dubitare ne illa

96 ſua conſtitutione qua ſanciuit præſtari † debere dictum iuramentum calumniæ,per uiam colluſionis inter litigatores deluderetur ideo ſanxit dictum iuramentum remitti non poſſe, & gloſſ. ibi in uerbo (remitti) quærit de iſta quæſtione, & adducit opinionem Io.& Martini tenentium non poſſe remitti expreſſe. ſed tacitè ſic & opinionem Azonis qui contrarium tenet, nam licet quis poſſit renuntiare fauori ſuo,& pro ſe introducto l.ſi quis in conſcribendo.C.de pactis,tamen ſecus eſt quando illud eſt inrroductum ob

97 publicam utilitatem † prout huiſmodi iuramentum introductum fuit,& expreſſe dicitur in dicto §.ſed quia ueremur, ibi (non pro commodo priuatorum.& habetur bonus textus in inſtit.ſub tit.de pœna temerè litigantium in principio: fuit enim inuentum, dicit,

ibi Imperator,ne facile homines ad litigandum procederent. cla-
98 rum eſt enim quòd diſpoſitio † per quam lites reſecantur uel re-
ſtringuntur eſt fauorabilis,& concernit publicam utilitatem:ut col
ligitur ex l.properandum.in principio cum ibi notatis. C. de iudi-
cijs.ubi inter cætera habetur quòd etiam cum Iuramenti inſtan-
tia,de qua ibi,prorogari non poteſt:de quo etiam per Barto.in l.ſi
quis pro eo.ff. de fideiuſſo.quod ex alio non procedit, niſi quia eſ-
ſet contra publicam utilitatem talis prorogatio, ex quo lis proro-
gatur. Doctores tamen in dicto §.ſed quia uerem.ſuper dicta glo.
in uerbo remitti,tenent opinionem illorum duorum gloſſatorum
ſcilicet Io.& Martini,& in ſpecie dicit Saly. ibi in prima quæſt.ꝙ
communiter tenetur per eorum iura: ſed tamen durum uidetur,
quòd illa lex Iuſtiniani,& alia de qua in dicto tit.de pœna temere
litigantium.ita de facili eludantur contra expreſſam mentem ipſius
Iuſtiniani principis religioſiſsimi,qui de hoc dubitauit,ut in dicto
99 §. ſed quia ueremur. Et ſpiritu quodammodo profetico † præui-
dit abuſus temporum futurorum, & præſertim noſtrorum,& ut
uerum fatear mihi non placet illa opinio illorum duorum gloſſato
rum:quia uidetur abſurdum, & iniquum,quòd ita de facili eluda-
tur diſpoſitio,& ſancta mens & intentio Do. Iuſtiniani Imperato
ris,expreſſa in l.quæ facta fuit pro bono publico & publica utilita
te: quod enim una uia prohibetur alia permitti non debet. c. cum
quid,de regulis iuris.in 6.& in l.oratio ff. de ſponſalibus, præte-
rea fit fraus legi,quia contra legem facit qui id facit quod lex pro
hibet.l.contra legem.cum l.ſequenti.ff.de legibus.cum ibi notatis
& ſi poſſet ueritas uideri unus litigatorum,uel pro eo interueniens
non petit tale iuramentum ab alio, ne è conuerſo petatur ab ipſo,
& ita fit colluſio contra mentem Iuſtiniani, qui expreſſe dixit ſe
dubitare de tali colluſione, & diſsimulatione & nolucns in-
100 tuitum mentis ſuę ad iudices † etiam ex compromiſſo cognoſcē-
tes,confiſus de illis, iuſsit ut rigorem ſuum exercerent,& non per
101 mitierent tale ſacramentum remitti † ſed omnimodo & ſic
præcisè & ſignanter,& cum effectu) illud ab Actore & reo(exige
rent, ne paulatim uideatur huiuſmodi res defraudari, & ſacramen
tum uel principalium perſonarū uel aduocatorum ex quacumque
parte mutilari.Profecto iſta ſunt uerba legis Imperiales multum
efficatia,& facientia contra illam opinionem dictorum gloſatorū,
& ſequacium:quare cum bona illorum omnium uenia,ego non te-

102 neo illam opinionem eſſe ueram in puncto iuris † licet ſim minimus inter omnes legum ſectatores, quam tamen uidetur tenuiſſe Papa Bonifacius in c.primo.§.primo.de iuramento calum.in 6.ubi inquit propter omiſſum quoque tacitè in tota cauſa calumniæ iuramentum, iudicialis proceſſus aliàs factus legitime non eſt nullus, nec etiam annullandus. Et licet ſciam non poſſe contra ſtimulum calcitrare, ſcilicet quia ſtante maximè diſpoſitione dicti cap. primi & Doctorum noſtrorum communi opinione nefas eſſe aſſertiuè, & deliberatè, ac quodammodo obſtinate, uelle tenere contra communem opinionem, dato etiam quòd illud ca.primum non adeſſet: tamen diſputatiuè forte poſſet aliquid in contrarium adduci, & præſertim dici quòd iura uidentur habere iſtum intellectũ
103 uidelicet quòd litigatores ſponte † teneantur offerre ab initio, & cum effectu probare huiuſmodi iuramentum etiam ſi non fuerit petitum, & hoc uidentur probare uerba clara l.ſecundæ, in principio .C.de iureiuran.propter calum.dan.ibi, præſentem, legem ponere per quam ſancimus in omnibus litibus, quæ fuerint poſt præſentem legem inchoatæ, non aliter neque Actorem, neque fugientem in primodio litis exercere certamina, niſi poſt narrationem, & reſponſionem: antequam utriuſque partis aduocati ſacramentum legitimum præſtent, ipſę principales perſonæ ſubeant iuſiurandum,
104 & actor quidem iuret &c. iſta uerba meo tenui iudicio † non uidentur expectare aliquam petitionem, ſed potius uelle, quòd & actor, & reus ultro ſe offerant, ad ſubeundum dictum iuramentum coram iudice, & eo deferente: inhibet enim Imperator actori & reo, ne aliter exerceant primordia litis, niſi ſubeant dictum iuramentum, & apponit conditionem per illud uerbum, niſi, & per illa uerba, non aliter, adeo quòd cum prohibeat exercitium litis, & ſic proceſſum: ſi fiat proceſſus contra diſpoſitionem dictæ legis uidetur omnino nullus: per regulam l.non dubium.C. de legibus. Et pro hac parte uidetur textus in Authentic. vt litigantes iurent in exordio litis. ubi Imperator procedit iubendo, & diſponit, ꝙ huiuſmodi iuramenrum præſtetur, ut ibi: nec aliqua ſit mentio de petitione; ſed de iuſſu ipſius Imperatoris tantum, unde ſuccedit id, quod habetur in cap.in his, extra, de uerborum ſignifi. in §. attendentes, quo in loco eſt canonizatum illud dictum Gregorij, qui
105 dicebat, quòd imperatur † neceſſe eſt fieri &c. & ſic probatur quòd illa diſpoſitio Imperatoris de qua in dictis iuribus ſupra allegatis

gatis,& importat neceſſitatem, non requirentem aliquam petitionem,& non eſt ambigendum,quod in hac materia, & in hoc paſſu lata & fauorabilis eſt facienda interpretatio.

Poſſet etiam reſponderi textui dicto, §. qui iuſiurandum, & aliis iuribus adductis,per dictos duos gloſſatores,de quibus in dicta gloſſ.in d.§.ſed quia ueremur, ſuper uerbo,remitti,ſed non expedit:quia ad ea tempora deuenimus, in quibus ſatis eſt, ꝙ reperiantur aliqui Doctores,qui in aliquo articulo dicant pro tali parte eſſe commuuem opinionem,idcirco non intendo ulterius progredi,ſed ſubiugare iutellectum meum iudicio maiorum noſtrorum: cuperem tamen eſſe nunc tantæ facundiæ, & auctoritatis,ut poſſem perſuadere iudicibus,quorum fidei hoc Imperator Iuſtinianus
106 commiſit,ut in d.§.ſed quia ueremur † quòd ex eorum officio ipſis etiam conceſſo per Imperatorem cogerent ambas partes in initio proceſſus ante litem conteſtatam ad ſubeundum dictum iuramentum,quia quamuis forte reperirētur aliqui prauę conſcientiæ, qui tanquam contemptores Dei, & religionis ipſius non æſtimant
107 tale iuramentū unū obolum † ut inquit Maranta in loco ſupra proximè citato:poſt Bal.quem ibi allegat,tamen non poſſum mihi ipſi perſuadere,quòd non inueniantur aliqui Deum timentes,& timoratæ conſcientię,qui pluris faciant religionem quàm pecuniā, & animam propriam;quàm bona temporalia: iuxta illud euangelicum,quid prodeſt homini,ſi totum mundum lucretur &c.experientia enim cognoſcimus,& ſępe uidimus,quòd illi qui dum uiuerent fuerant admodum ardentes, & ſitibundi ad cumulandas magnas opes,cum perueniſſent ad tempus,quo debuiſſent,& optaſſent illis uti,& cum eis gaudere & lætari, mors repentina illos de medio ſuſtulit & reliquerunt alienis diuitias ſuas,& ſæpè aliquibus, qui illis male & peſſime uſi, fuerunt,& uijs obſcęnis illas diſsiparent & quotidie diſſipant:ſed de his hactenus. Deus Omnipotens pro ſua clementia dignetur inſpirare ſuo ſancto ſpiritu principes ſupremos,& omnes ad id poteſtatem habentes, ut iubeant, & cum effectu faciant,quòd eorum iudices cogant litigantes ad ſubeundum dictum Iuramentum ut ſupra,& admonendum ipſos litigantes in actu dicti Iuramenti,ut bene aduertant, ne animas proprias tandem eorum pecunias, & patrimonia profundant.

De hoc iuramento calumniæ aliquantum loquutus fuit Lancilot.Conrad.in dicto ſuo libello de Prætore pag. 44. & ſequenti.

108 Et multum egregie,& ordinate † ſcribit de eo Maria.Soci.ſen. in tit.extra de iuramento cal. qui in rubrica eiuſdem tit.ponit quę ſtiones,quas tangit in diuerſis capitulis dicti tituli.

SVMMARIVM.

1 *Probationum in genere materia habetur in hoc capite.*

2 *Matrimonium non probatur ex instrumento dotis ad praiudicium tertij ſed quo ad contrahentes ſolum,licet aliqui contra.*

3 *Aetas per inſtrumentum matrimonij probatur in perſonis diſcretis grauibus & honeſtis.*

4 *Probationes factę in caſu quo de iure fieri non poſſent parte non opponente ualent: & ſuper eis iudicari debet.*

5 *Teſtes non admittuntur ad probandum ad inſtantiam eius qui iurauit contra diſpoſitionem per illum iuratam,ſed tantum per inſtrumentum.*

6 *Ignorantia per ſolum ſacramentum non probatur niſi aliter coloretur: aliqui tamen contra.*

7 *Ignorantia aliquando probatur per iuramentum,ſed quomodo hoc intelligatur uide hic.*

8 *Probatio plena per unum teſtem quando fiat,uide hic remiſſiue.*

9 *Probatio præſumptiua ſuperficiaria,uel prima facie quæ dicatur.*

10 *Probatio perſuaſiua & non concludens in iudicio plenariè ſufficit, quando extat clauſula,ſola facti ueritate inſpecta:maxime iuncta cum alia clauſula,ſine figura iuditij.*

11 *Clauſulæ,ſola facti ueritate inſpecta,& ſine figura iudicij,uidentur importare manum regiam.*

12 *Legitimationis inſtrumentum producens: an dicatur probare legitimatum fuiſſe ſpurium.*

13 *Inſtrumentum treugæ an dicatur probare guerram. Et ad probationem priuationis an dicatur ſequi poſitio habitus.*

14 *Inſtrumentum locationis emphiteuſis non probat quod res ſit eccleſiaſtica.*

15 *Identitatis probatio ſemper in omni iudicio eſt facienda,& quomodo intelligatur,& idem de pluralitate dicitur.*

16 *Probatio rei non extantis,ſeu non apparentis,uel quæ de facili haberi nequit quomodo fiat.*

17 *Probatio magis exacta requiritur ab eo cuius intentioni obuiat præſumptio iuris.*

18 *Probatio*

18 *Probatio quæ fit per præſumptiones, & coniecturas et ex illis reſultans dicitur manifeſta, limita tamen ut hic.*

19 *Quando fit mentio de probatione, per modum condicionis in diſpoſitione, nunquam ſufficit probatio per coniecturas et præſumptiones.*

20 *Animi alicuius probatio quomodo & qualiter fiat. num. 20. Et ad probationem ipſius animi quæ ſint ponderanda uide ibi.*

21 *Probatio præiudicans Actori ex inſtrumento reſultans præiudicat etiam eius ſingulari ſucceſſori.*

Ampliatur etiam procedere in uerbis enuntiatiuis ut ibi.

22 *Confeſſio reſultans ex ſcriptura librorum priuatorum nocebit ſingulari ſucceſſori, & multo magis uniuerſali.*

23 *Bãnum latum contra aliquem tanquàm homicidam non probat illum homicidum, quia potuit eſſe latum in contumaciam.*

24 *Bãnitum poſſe occidi ex forma ſtatuti non habet locum in bannito in contumatiam.*

25 *Contumatia porrigit effectum ſuum tantum contra contumacem.*

26 *Notarius condemnatus de falſo in contumatiam non perdit poteſtatem faciendi inſtrumenta, & ratio ponitur.*

27 *Obligato ad cuſtodiam ratione officii publici uel priuati, incumbit probatio, quòd animal diuino iudicio perierit: ſed Sylua. contra. in conſi. citato.*

28 *Infertur ad furtum commiſſum in bonis montis pietatis. Legati uel Cardinalis uerbo ſtatur de mandato Papæ ſibi facto uiuæ uocis oraculo: ſed aliqui contra ut ibi.*

29 *Probationes quando ſunt pares, in omnibus & per omnia inter collitigantes, quid fieri debeat.*

30 *Iudex quando habet liberum arbitrium poteſt ferre ſententiam pro actore uiro bono: contra reum uirum malum etiam ſtante paritate probationum.*

31 *Probatio qualitatis alicuius, ſi agit ipſe tanquam talis non eſt facienda ab ipſo niſi aduerſarius in ſpetie talem qualitatem negaret in proceſſu.*

32 *Qualitas extrinſeca licet non præſumatur: tamen ubi non fuit negata Actor obtinebit.*

33 *Probatio ex proceſſu inquiſitionis reſultat ad fauorem partis de damnis & intereſſe.*

34 *Inſtrumentum celebratum inter duos ſuper re alterius probat quòd illa res ſit illius cuius rẽ eſſe enuntiatur, etiam quòd ſit abſens.*

35 *Titulus ad fauorem tertij abſentis: probatur ex inſtrumento cellebrato ſuper re illius, in quo enuntiatur rem eſſe ſuam.*

36 *Sacerdotis ſcriptura tribus teſtibus ſubſcripta probat in dote & matrimonio.*

37 *Epiſtola miſſa ad aliquem: probat contra mittentem declara ut ibi.*

38 *Probatio per ſigillum alicuius: qualis & quando fiat & facta dicatur.*

39 *Probatione facta quòd filius domũ paternã habitauerit & fructus bonorum hæreditatis perceperit: tamen non probatur per hoc quòd adiuerit hæreditatem patris; ſi aliam cauſam prædicta faciendi allegauerit.*

40 *Creditorum intentio non eſt fundata: probando quòd aliquis ſit filius: niſi etiam probetur immiſtio: & habet locum in extraneo, & in ſuo.*

41 *Renuntiatio probationum facta per partem non obſtat quin adhuc fieri poſſit: ſed Cyn. in contrarium.*

42 *Renuntiatio facta allegationibus an poſt illam probatio fieri poſſit.*

43 *Probatio iniquitatis & fraudis fit per inditia & coniecturas claras.*

44 *Probatio malitiæ alicuius fit ex perſpicuis coniecturis.*

45 *Non ſufficit probare quod extant res, quæ non ſunt deſcriptæ in inuentario per hæredem facto: ſed probandus eſt dolus uel malitia hæredis.*

46 *Tempus præciſe probari debet, quando eſt de intentione probantis. num. 46. Siue ſit Actor, ſiue reus.*

47 *Probatio prioritatis, & poſterioritatis, ſemper fieri debet per eum qui ſe fundat in altera ex illis.*

48 *Probatio an poſſet fieri in tempore deciſorio: licet ſit prohibita a ſtatuto tali tempore fieri in caſu, & caſibus de quibus hic.*

49 *Expenſæ factæ per aliquem allegantem ſe illas feciſſe debent ab eo probari, quarum probatio quandoque fit per ſacramentum.*

50 *Iudicantis aſſertio probat, ubi poterat procedere ſine ſtrepitu & figura iudicij & in cauſis breuioribus.*

51 *In modicis cauſis probatio leuis ſufficit.*

52 *Grauatum deceſſiſſe ſine liberis: an & quando fieri debet.*

53 *Proximiorem ſe dicentem, an habeat probare quem deceſſiſſe ſine liberis.*

54 *Probatio medij temporis dicitur facta probatis extremis ſcilicet principio & fine,*

55 *Negans hodie ſe poſſidere non præſumitur poſſidere propter poſſeſſionẽ*

de

de præterito quam conſtat habuiſſe, uide limitationes de quibus hic remiſsiue.

56 *Probatio reſpicit deciſoria.*

57 *Seruitutis & Iuris incorporalis acquiſitio qualiter probari debeat.*

58 *Præſcriptio tanti temporis cuius memoria non extet quam probationem requirat.*

59 *Articuli ad probandum præſcriptionem ſeu curſum temporis immemorabilis qualiter concipi debeant ut concludant.*

60 *Probatio temporis immemorabilis eſt difficilis.*

61 *Probatio incumbit ei qui intendit infringere iuris præſumptionem.*

62 *Probatio incumbit alleganti culpam uel negligentiam alterius pro ſua intentione.*

63 *Solemnitatem fuiſſe ſeruatam ſi in inſtrumento locationis bonorum Eccleſiæ hoc dicitur negans feciſſe ſeruatum tenetur probare illam negatiuam.*

64 *Solemnitas in contractu eccleſiæ ſi allegata non fuerit ueniens contra inſtrumentum ex ea cauſa quod non fuerit ſeruatum ſuccumbet, & idem in contractu minoris.*

65 *Probatio in pertinentibus ad agriculturam fieri debet per ruſticos, & ſimiliter ſi dubitatur in pertinentibus ad aliquam artem per magiſtros illius artis.*

66 *Cõductor bonorum eccleſiæ tenetur probare quod contractus locationis factus fuerit in utilitatem eccleſiæ.*

67 *Indefinita in probationibus non æquipolet uniuerſali.*

68 *Inhoneſtas mulieris poteſt probari per illos, qui eam carnaliter cognouerunt, & per alios modos de quibus ibi.*

69 *Verba narratiua probant in pluribus caſibus, de quibus hic remiſſiue.*

70 *Probatio filiationis qualiter fiat.*

71 *Bonum non ſufficere ad debitum ſi opponatur cui incumbat onus probandi.*

72 *Imperfectæ probationes quando coniunguntur ut probent de regula, quæ non proſunt ſingula multa iuuant.*

73 *Sententia lata ſine probationibus an & quando ualeat.*

74 *Sententia qua reus eſt condemnatus Actori non dicitur iniqua, licet non reperiuntur probationes plene factæ contra ipſum reum.*

75 *Probatio quòd memoria hominis non extet in contrarium qualiter fieri poſſit & per quos.*

76 *Probatio furti quomodo fiat & quod probatur per coniecturas.*

77 *Per libros antiquos fit plena fides quòd infantes fuerint baptizati.*
78 *Probatio facta per instrumenta quando præualeat probationi facta per teſtes.*
79 *Probatio ciuilitatis non fit per inſtrumentum.*
80 *Cauſa appellationis quis in ea probare teneatur.*

VIGESIMVM PRIMVM CAPVT.

EXPEDITA materia dictorum iuramentorum,& nõ nullarum aliarum probationum in ſpecie,puta inſtrumentorũ teſtium,& confeſſionis,ut in pluribus ex dictis capitulis præcedentibus huius tractatus: Si uellemus ſequi ſtylum dicti D. Lancellotti in dicto Breuiario,de prætore,poſſemus plura adducere,in
1 materia probationum † in genere , prout ipſe fecit in dicto libello pagi.162. & ſequenti,quæ non refero,ſed ad ibi dicta per eum me remitto, quæ certè non debent eſſe alicui docto uiro ingrata ; Ego tamen aliquãdo plura cumulaui,dum ſtudui, quorum aliqua notabiliora hic adducam, poſt d.D.Lancel. & ultra adducta per eum , & erunt de his,quæ frequentius accidunt in iudicijs
2 Primò enim dico , quod matrimonium † non probatur ex inſtrumento dotis,ad præiudiciũ tertij,ſed quoad contrahentes ſolũ,ita Bald.in authentica.ſi quis in aliquo,colum.ſecunda,nume.ſexto, C.de edendo,& ibi Barb.in apoſtilla ſub litera. C.Bald.in l.ſecunda. C.de execut.re.iudi. Alexan.conſil.21.colum. ſecunda,primo uolum. dominus Antonius in cap. illud.de præſumptio. Sed uide Gogiad.conſil.42.colum.ſecunda,Dec.conſil.35.colum.prima, in fine.Pariſ. conſil.170. in quarto uolum. num.octauo . Et Luc.de pœna in l.nulli colum.ſecunda,in fine. C.de numerarijs.lib.12.Et utrum per inſtrumentum matrimonij probetur ætas , eſt Doctri-
3 na † Bal. in l.neque natales,C.de probatio.colum.quinta,num.8. tenentis ꝙ ſic in perſonis diſcretis , & grauibus, & inter perſonas honeſtas.

Secundò probationes factæ ſuper eo,de quo aliàs non poſſet op-
4 poni,& cognoſci,parte † non opponente ualent, & ſuper eis iudicari debet:ut latè per Alexan.plura exempla ſubijcientem in con ſil.77.colum.fi.in ſecundo uolum.& per Cepolam,in cautela 254. & dominum Franciſcum Curt.in repet.l.admonendi.de iurein.nu. 25.per Baueriam in tractatu de uirtute iuramenti caſu 64.

Tertiò

6 Tertiò, probatio per teſtes, non admittitur ad inſtantiam † eius, qui iurauit, cõtra diſpoſitionem iuratam per illum, ſed tantum per inſtrumentum. Franciſcus de Curte in repe. l. admonendi, de iureiurando. nume. 35. Petr. de Ancharan. conſilio 159.

6 Quartò ignorantia per ſolum ſacramentum † non probatur niſi aliter coloretur. apoſtilla ad Alexandrum, in l. prima, §. primo. ff. ſi ex noxali cauſa agatur, ſuper uerbo (ſacramento) & Roma. in conſil. 481. præſentis dubitationis &c. in fine. plene per Dec. in cap. cognoſcen. de conſtitutionibus, & Andr. ab Exea ibi. Ripa in repet. l. admonendi, qui bene loquitur. Sed quòd ignorantia etiam iuris iuramento probetur, quando eſt perſona fide digna, qui aſſerit erraſſe tenet Bald. in l. ſecunda, C. ſi quis ignorans rem min. eſſe &c. & pro opinione, quòd probetur per iuramentum, uide Rui. in con-
7 ſil. primo, uolum. quinto, ubi ſunt coniecturæ † probabiles pro iurante, ꝙ nunquam ſtatur iuramento allegantis ignorantiam, ubi præſumptiones ſunt in contrarium: quia adhoc, ut admittatur probatio ignorantiæ per iuramentum, illa debet eſſe uериſimilis. Frãc. in cap. ut circa. de electio, libro ſexto, §. fina. in ſecunda colu.

8 Quintò probatio plena per unum † teſtem quando fiat: vide per Fely. remiſſiue in ca. ueniens. de teſtib. in glo. fin. col. pen. Dec. conſi. 56. primo uol.

9 Sextò probatio præſumptiua, ſuperficiaria, uel prima facie, quæ dicatur: uide Aretin. conſi. 66. & nota, quòd coniecturalis, uel per inditia ſufficit contra fraudatores datiorum, Marſil. in ſingul. 568. Et de tribus gradibus probationum: uide Alexandrum in conſil. 73. colum. prima, uolum. primo. Et ſex gradus inueſtigationis, & intellectus animi indicant. uide per Bald. in rubrica, de controuerſijs inueſtituræ. in vſibus feudorum fol. decimo, in principio, num. primo. Et quòd probatio perſuaſiua, & non concludens in
10 iudicio plenario ſufficiat, quando extat † clauſula (ſola facti veritate inſpecta: maximè iuncta cum alia clauſula, ſine figura iudicij.
11 Et ꝙ uideatur importare † manum regiam. Aretin. in conſi. 84. in penul. colum. refert, & ſequitur Dec. in cap. dilecti colum. ſecunda, parum ante numerum 4. de iudicijs. vide Grammat. deciſ. 19. Et vide Marantam in Speculo in nona diſtin. principali. in uerſi. 1. igitur quæro folio 29. in magna impreſſione: & Rolan. in conſilio ſeptimo nume. 31. in tertio uolum. & Mantuam in conſi. 31. nu. 5. col. fin. in 2. uolum.

Septimò

Saptimò inſtrumentum legitimationis,ſi producatur,an per il-
12 lam productionem probetur † producentem fuiſſe ſpurium.Bald.
affirmat in l.Gallus in §.primo,colum.prima,de liberis,& poſthu
mis,& in l.ſecunda,C.de iure aureorum annulorum , & ibi in apo
13 ſtillis:& an per † inſtrumentum treugæ probetur guerra,& in ge
nere,quando ad poſitionem priuationis ſequatur poſitio habitus :
uide Bart.in l.legata. de adimendis legatis.

Octauò per inſtrumentum locationis rei emphiteoticæ non
14 probatur † quod res ſit eccleſiæ. Bartol. in l. legata inutiliter fa-
cta.ff.de adimendis legatis.Alex.conſil.12.in quarta parte,etiam
ſi agatur inter locatorem,& conductorem,niſi in caſu,ſeu caſibus;
de quibus per Bar.in d.l.legata inutiliter.Socin.in conſi.266.in 2.
uol.num.9.

15 Nonò probatio idemtitatis † ſemper in omni iudicio eſt facien-
da:Aymo.in conſil.112.Alexan.conſil.158.uolum.ſecundo, incip.
in cauſa & lite.& per Crauet.conſil.198.num.quarto, ubi hoc in-
telligitur ab eo,qui ſe fundat in ipſa idemtitate , prout etiam fieri
debet ab eo,qui ſe fundat in pluralitate,ut ibi. & etiã probatio de
bet fieri ab eo qui allegat caſum perditionis, uel interitus.Grat.
conſi.100.1.uol.

16 Decimò probatio rei non extantis, ſeu non apparentis uel quæ
haberi de facili nequeat, quomodo fiat,uide Barto.in l.ſi quod ex
Pamphila ff.de legatis ſecundo,& per eundem.in l.ſi conſtante.§.
ſi uxor.ff.ſolu.matrimonio, & ibi Alexander in apoſtillis.loquitur
de re,quæ non poteſt haberi ſine magna difficultate. Et Bald.hoc
tenet in l.mater colum.penultima,num. 17.C.de rei uendicat.ubi
prius idem tenuit Cyn.num.ſeptimo,clare Iaſ.in l.cum res nu.21.
ff.de legat.primo,Bart.in l.prima,in fine.& ibi apoſtillantes.C.de
ſententijs,quæ pro eo quod intereſt.ubi etiam Cyn.optimè loqui-
tur,in prima quæſtio.principali, uſque ad finem, ad quem omnino
ſemper recurras.

17 Vndecimò,magis exacta requiritur probatio † ab eo cuius inten
tioni obuiat iuris præſumptio.Ange.in l.fin. ff.quod metus cauſa :
Dec.conſilio 195.in tertia colum.in principio in primo uolum. &
Crauet.in conſil.198. & in tractatu de antiquitate temporis folio
168.& Alexand.de Neuo in conſilio trigeſimo.num.ſecundo,& ſe
quen

18 Duodecimò probatio, quæ fit per præſumptiones, & † conie-

turas

ctūras & ex illis reſultans dicitur manifeſta, capitu.primò, & ibi Abb. in ſecundo notabili, de clerico non reſidente.allegat.l.licet imperator. de legatis primo,ubi dicitur euidens,& allegatur etiã ad hoc.l.ſi tutor petitus.C.de periculo tutorum.Limitantur prædicta non habere locum, quando fit mentio de probatione cum illa qualitate uidelicet,apertiſſima,uel liquida,uel quando per mo-
19 dum conditionis † requiritur probatio. Exempli gratia,ſi lex dicat,ſi probatum fuerit, numquam in iſtis caſibus ſufficit probatio per coniecturas & præſumptiones . Ita firmat Grat. conſil.decimo, colum. ſecunda, in ſecundò uolum. & ubicunque aliquid eſt probandum & probari debet ſub conditione, eſt textus in l.Lucius ff.de conditionibus,& demonſtrationibus,& Felyn. poſt Bal.quem allegat in cap.ſi conſtiterit.de accuſatio.num.quarto. Vide tamen Dec.aliter declarantem in l.qui accuſare.C.de edendo,in fine. Et de hac materia uide omninò Bald. in l. non hoc. C.unde cognati. & in illis caſibus ſupra relatis, uidelicet quando requiritur apertiſſima &c. Eſt ſciendum quòd licet quis ſemiplene probauerit ꝑ unum teſtem : tamen ei non defertur iuramentum, in ſupplementum.In pluribus & pluribus caſibus de quibus per Doct.repetentes in d.l.admonendi. Et præſertim Curtium, & Lanfrancum de Oriano,iſtum in 14.colum.uerſic. hæc tamen regula fallit &c. illum uero numero 152. in uerſicul. ex præmiſſis elicitur concluſio &cæt.

Tertiodecimò ſi uis ſcire quomodo, & qualiter fiat probatio
20 animi † alicuius: uide Ruin.in conſi.quarto,colum.fin.in primo uolum.& in conſi.primo,in quinto uolum allegatur gloſſ.notabilis in l.fulcinius.§.ſed is qui.ff.ex quibus cauſis in poſſeſſionem eatur,in uerbo(animus)& Innocen.in cap.bonæ,il ſecundo.de poſtulatione prælatorum colum.prima,in glo. uerbi requiſitus &c . Et Bald.in l.ſecunda.C.de his,qui a non domino manumittuntur, & ad probationem ipſius animi ponderantur ea quæ ex poſt geſta ſecuta, & impleta fuerunt, & qualis fuerit promiſſio. cap. ad decorem.de inſtitutionibus.Crauet.conſil.150.colum.ſecunda, num.quarto,& in conſil.33.num.13.& uide omnino Marſil.in conſil. nonageſimoſexto,num.ſexto,cum pluribus ſequentibus.l.ſi qui adulterij.C.de adulterijs.

Quartodecimò notandum eſt,quòd probatio præiudicans au-
21 tori † ex inſtrumento reſultans præiudicat etiam eius ſingulari ſuc-

ſucceſſori,hoc firmat Crauet.in conſil. 29.num. primo,& loquitur
in uerbis enunciatiuis, & infinitas deciſiones allegat, & Dec. ad
idem uidendus eſt in conſil. 109.colum. ſecunda,in principio.allegat
Bar.in l.ſi ſuperatus.ff.de pignoribus:uide etiam Iaſ.in l.ſi cui
§.primo,de legat.primo, in fin.& Socin.conſil.68.in tertia colum.
num.ſexto,in quarto uolum.& Ruin.conſ.50.in primo uolum. nu.
13. Aretin.in conſil. 111.colum.fin. ubi loquitur in confeſſione re-
22 ſultante † ex ſcriptura librorum priuatorum, & multo magis in
caſibus prædictis nocebit uniuerſali ſucceſſori, ut per Bertran. in
conſi. 129.adhærendo ſcripto &c. in quinto uolum.fol.75.
Quintodecimò,probatio facta per bannum latum contra aliquẽ
23 tanquam homicidam non probat illum † homicidam eſſe: quia
poteſt eſſe latum in contumaciam.ita Fely. in cap.ſuper his.de ac-
cuſatio.num.28.poſt Anchara. quem citat in conſilijs. Et nota ad
24 confirmationem, quòd ſtatutum permittens bannitum † occidi
poſſe non habet locum in bannito in contumaciam.Marſil. conſil.
106.colum.penúltima,& in ſingula. 372. incipiente,capies unum
&cæt. Arnonus in ſoliloquio ... & ad intellectum primi dicti ui
de Bartol.in conſil. 116.ſtatuto Peruſinæ ciuitatis &c. colum. ſe-
cunda,ubi dicit,quòd probatio,quæ ex contumacia reſultat, por-
25 rigit effectum † tantum contra contumacem,& loquîtur in bánito
ex contumacia: uide Apoſtillantes ad eum ibi ſub litera A.Adde
Fely.in ca.fraternitatis.de hæreticis. num.quinto,colum.ſecunda,
uerſi. tertio fallit &c. ubi loquitur de notario condemnato in con
26 tumaciam de falſo, quòd † non perdat poteſtatem faciendi inſtru-
menta,quia præſumitur potius ex contumatia,& ficta confeſſione
condemnatus: quam ex ueritate delicti, niſi ex actis apparerent
ueræ probationes. Et uide Barto.in l.ob dolum.quæ eſt lex prima.
ff.quando ex facto tutoris,uel curatoris.in prima colum.uerſi.no-
ta generaliter ibi,facit etiam &c. & in l.cum filius.ff.de uerb.obli.
in fine principij,& ibi Barba.in apoſtilla ſub litera C.
Sextodecimò obligato ad cuſtodiam ratione officij publici uel
27 priuati † incumbit probatio,ex hoc Infertur ad ruſticum, qui di-
cit quòd animal diuino iudicio deceſſit: uide Alexan.conſi.158.in
ſecundo uolum.& Iaſ.in l.quod te.ff.ſi certum petatur.Et Ripam
in eandem.l.num.nono,apoſtillantes ad Alexandrum in l.ſi paſcen
da.C. de pactis, & ex iſtis deciſionibus infertúr ad furtum com-
miſſum in bonis exiſtentibus in officinis montis pietatis.Et addi-

ctum

ctum caſum animalis mortui,ſolus Syluanns in conſi.29.uoluit, quod incumbat domino bouis mortui probare culpam &c.

Decimoſeptimò quòd legatus,uel alius Cardinalis fecerit ali-
28 quid de mandato † Papæ ſibi facto uiuo uocis oraculo, reſultat ex uerbis ſuis hoc atteſtant.bus,ita quòd ei eſt credendum in hoc. ita Lapus in allegatione ſua.33.de hęreticis incipiēte,an frater &c. & uide Grammat.in deciſ.65.num.65.ubi allegat Alexan.in conſilijs,& ſimpliciter dicit, quód creditur Cardinalib.& uide Barba. in conſi.42.colum.antepenul.tertio uolum.fol.80. in prima facie. ubi an credatur legato de latere, quod habeat commiſſionem ſpecialem contra ius commnne, & in præiudicium alterius & tenet quod ſic. Sed uide Gogiad.in contrarium conſi.41.num.15.omnino,& etiam Iaſ.pro iſta parte in conſil.104.uolum.primo, & loquitur in ſummo pœnitentiario:& Crauet.conſ.104.num.quinto, colum.prima.aliqua per Alberi.in l.unica. C. de mandatis principium, & per Barba.in tractat. de præſtantia Cardinalium.ubi tenet quòd in præiudicium tertij non creditur,idem tenet Abb.in c. ſicut nobis.in fine,de ſenten.excom.

Decimoctauò,quando probationes ſunt pars in omnibus & per
29 omnia † inter colligantes in cauſa poſſeſſorij, quid fieri debeat,an tunc res debeat diuidi per iudicem, & unicuique dimidia aſſignari: an debeat in totum Reus abſolui. Boer. deciſ. 236.in ſecunda parte,ubi late. Et de iſta materia paritatis probationum in poſſeſſorio quis præualeat habes per Felyn.& alios moderniores in ca. licet cauſam.extra de probat. Et uide Bero.in quæſt.famil. 71. Et nota,quòd quando iudex habet liberum arbitrium poteſt ferre ſen
30 tentiam † pro actore uiro bono contra Reum uirum malum etiā ſtante probationum paritate.ita Menoch.in tracta.de arbitrar. iudicibns caſu 98.nu.11.fol.149.

Decimononò probatio qualitatis alicuius puta quòd ſit hæres
31 uel filius uel Doctor,aut prælatus,ſi agit ipſe † tamquam talis nō eſt facienda ab ipſo ſe eſſe talem, ſed qui qualitatem negauerit in proceſſu:ita D. Franciſcus Cur.Sen.in conſi.51.uerſi.reſtat ut condeſcendamus &c. ibi, Nec etiam obſtat quod dicitur,quòd dicti fratres agnati &c. & uide etiam Iafredum Balb.in ultima deciſ.in ſua centuria,& Paul.de Caſt.in l.ſed ſi de ſua.§.primo, in fin. uerbis.ff.de acquirenda hæreditate,ubi optime loquitur,facit etiā Matheſila.in notabil.12.ubi hoc idem dicit procedere etiam in ſolemnitate

lemnitate extrinſeca non negata,quia licet aliàs non præſumatur
32 † tamen ubi non fuit negata,actor obtinebit. Adde Crauet. omnino in conſi. 150.num.2.qui plures caſus ponit. Sed quòd quali tas de qua in diſpoſitionem ſit probanda uide Alex.conſi.tertio,ſecundo uol.in principio. Et quòd qualitas officij non ſit probanda per eum,contra quem fuit oppoſita exceptio, & negatum Guido Papæ quæſtione 250.incip.ſi in ciuitate &c.& uide Bal.in l.prima, in fine.C.communia de legatis,ubi etiam habes aliquid pro primo dicto,de quo hic:& ponit etiam quid ſi agatur contra filium uti hæreditatem.

Vigeſimò,probatio ex proceſſu inquiſitionis reſultat ad fauo-
33 rem partis abſentis† quæ non interuenit proceſſui de damnis,& intereſſe.Bal.in l.ſecunda,C.de edendo col.fi.in ultimo nota.qđ di dici ab olim bonæmemo.eximio iur.& Doctore domino Bernardo Burgundio Parmenſe tūc auditore cārum criminalium in hac ciui tate.Et per inſtrumentum celebratum inter duos ſuper re alterius
34 † probatur quòd illa res ſit illius, cuius eſſe enuntiatur in inſtrumento,etiam quòd fuerit abſens,& in eo non interuenerit ut per Bal.Salycet.& Caſtrenſ.in l.deſiderium.C.depoſiti.per quem textum Bal.in dicta l.ſecunda,num.18.col.tertia,uerſi.aduertatis.di-
35 cit probari titulum † ad fauorem tertij abſentis,quod nota: quia uidi de facto. Et quia per hoc limitātur duæ regulæ iuris: prima quòd res inter alios acta &c.& alia quòd confeſſio facta parte ab ſente non debet nocere confitenti:quia ut uides in caſu dictę legis nocet.& ad dictum Bal.in d.l.deſiderium,uide Marſi.ſingul. 202. ubi ponit exemplum,& dicit quòd ſi quis approbat inſtrumentum tamquam uerum,uigore huius approbationis,omnes quorum intereſt poterunt agere contra approbantem, quod nota; quia talis confeſsio non tendit principaliter ad obligandum:ſed ad probandum. Et ad materiam dictæ l.deſiderium,& Doctrinas dictorum Doctorum,uide Felyn.in cap.ſi cautio num. 23.de fide inſtrumentorum.

36 Vigeſimoprimò reſultat probatio ex ſcriptura Sacerdotis † tribus teſtibus ſubſcripta in dote,& matrimonio.Bal.in prima conſti tutione.C.§.quibus col.ſecunda.quod nota pro ruſticis,qui ut plurimum faciunt dotes ſcribi per ſacerdotes: ſed omittunt ſubſcriptiones trium teſtium.

37 Vigeſimoſecundò,probatio per epiſtolam ſit † contra mittentem

tem l.publia §.fin.ff.depoſiti.Io.de Imo.in cap.fin.de confeſsis nu-
mero 23.niſi reuocetur,quod fieri poteſt ante litem conteſta tam
ſed poſt non niſi demum probato errore. Et hoc, quòd probet
procedit ſi deueniat ad eum, cui deſtinatur uiuo mittente, Imol.
ubi ſupra num.23.Sed aduerte quia dicit ibi niſi reuocetur,illa uer
ba Imol.non uidentur referenda ad confeſſionem reſultantem ex
epiſtola tranſmiſſa:ſed ad confeſsionem ex libello producto reſul-
tantem,de qua locutus fuerat Imol.ibi.quia in epiſtola non conſi-
deratur litis conteſtatio,ſed ex libello ſic.

Vigeſimo tertiò,probatio per ſigillum alicuius qualis & quan-
38 do fiat † & facta dicatur: habetur per doctores in cap. quod ſu-
per his,de fide inſtrumentorum: ubi in ſpecie Zabarel. num. 3. &
per Imol.in cap.inter dilectos.num.11. & 12.eod. tit.& uide Cra-
uet.in conſi.122.

Vigeſimoquartò licet fuerit probatum quòd filius domum pa-
39 ternam habitauerit † & fructus ex bonis paternis perceperit, ta-
men per hoc non probatur, quòd adiuerit hæreditatem patris, ſi
alia cauſa poteſt allegari,quare hoc fecerit. Grat. conſi. 130. uol.
ſecundo. Et ad hoc,ut ſit fundata intentio creditorum non ſuffi-
40 cit probare † quòd ſit filius: niſi probetur etiam quòd ſe immi-
ſcuerit. Ita Paul.de Caſtro in l.ſi inſtituta.in fine, de inoffi. teſt.
Et hoc habet locum nedum in extraneo: ſed etiam in ſuo: ut te-
net poſt diſputationem ad partes Saly. poſt gloſſ. ibi in l. prima.
C.ſi minor ſe ab hæreditate abſtinuerit: & dicit doctores ita com-
muniter tenere.

Vigeſimoquintò, renuntiatio probationum facta per partem
41 non obſtat:quin † adhuc fieri poſsint. Bald.conſi. 317.in quarto
uol.col.ſecunda.num.2.Sed uide Cyn. in contrarium in l. iubemus
C.de iuditijs numero 3. Et uide de renuntia facta allegationibus
42 †an poſt illam probatio fieri poſsit.Ang.in authen.ut cum de ap-
pellatione cognoſcit §.primo nu.tertio,& ibi appoſtillæ,quas po-
nit de renuntiatione facta probationibus,& allegat Fely.in c.ſi di-
ligenti, de foro competenti tertia colum. uerſ. primum corrola-
rium &c. Et dominum Cardinalem Zabarel.in conſi. 23. in cauſa
Amareti.

Vigeſimoſextò,probatio iniquitatis,& fraudis fit ꝑ inditia,& cō
43 iecturas † claras, quia uere ꝓbari nō poſſunt, cū conſiſtant in ani
mo. Abb.in c.paſtoralis col.ſecunda.de cauſa poſſeſſ.& propriet. in

ult.

ult.notab. Et quòd ex perſpicuis coniecturis † fiat probatio de malitia alicuius tenet Anch.in c.paſtoralis §.cum autem.de offic. de leg.num.primo. Poteſt inferri ex dictis deciſionibus, ad dolum,& malitiam hæredis,qui in inuentario omnes res non deſcripſit,quod nota;quia non ſufficit probare quòd res † non deſcripta exiſtant,ut per Mayner.in l.qui in alterius de reg. iur.numero 11. fol.47. Et uide quæ dixi ſupra in duodecima poſitione caſus in hac materia.

46 Vigeſimoſeptimo probatio temporis † præcisè fieri debet quãdo tempus eſt de intentione probantis. Alex.conſi.121.colu.quarta, uerſi.& non poteſt dici &c.in primo uol. Et uide omninò Doctores præſertim Bal.ad hoc qui bene loquitur in l. eum actum ff. de negotij geſtis,& per Alex.in conſi.198.in ſeptimo uol. col. prima num.3.Et ſiue ſe fundans in tempore ſit actor, ſiue Reus. Soc. conſi.87.nu.2.in quarto uol.& ideo bene dicit Roma.in conſi.353. incipiente,quoad primum &c,quòd ubi agitur de prioritate, uel

47 poſterioritate † ſemper ille qui in prioritate,aut poſterioritate ſe fundat tenetur probare. Et dicebat Bald. dici poſſe, quando eſt aliquid de ſubſtantia actionis,ergo eſt de ſubſtantia probationis. Et quòd quoties uis quæſtionis eſt in tempore oportet, quòd duo probentur,ſcilicet factum,& tempus,quod eſt notandum, ad probationem legitimæ interpoſitionis appellationis,de quo uide in c. Romana §.ſi verò.de appellationibus.

Vigeſimooctauò.Vbi eſſemus in ciuitate, in qua uigore ſtatutorum,uel prouiſionum,ſeu conſuetudinis fieret diſtinctio tempo ris probatorij,& deciſorij,& diſponeretur ſiue obſeruaretur, quòd in tempore deciſorio non poſſet aliquid fieri, uel agitari in cauſa ſub pœna nullitatis: Ponamus caſum, quòd in tali tempore deci

48 ſorio fuerit oppoſita aliqua exceptio ab aduerſario, quam ipſe op ponens probat per præſumptionem iuris,tunc licebit alteri parti, contra quam fuerit oppoſita talis exceptio replicare, & ſuam replicationem probare per teſtes: non obſtante prohibitione ſtatuti prouiſionis,uel conſuetudinis:hæc probantur per deci ſ. Aret.in l. ſed & ſi de ſua.de acquirenda hæred.colum.quarta,uerſi.poteſt tamen dici.Et per Marſilium clarè in l.ſi quis,ne quæſtio colum.10. cum duabus ſequentibus. ff. de quæſtionibus.facit etiam, quod uoluit Paul.de Caſtr.in dicta l.ſed & ſi de ſua.§.primo, in fine.quod nota in practica;quia habui de facto & pluries:& uide etiam Marſilium

filium ſingu.233.incip.quæ de nou. &c. & Grandi.in rubr.de filiofamil.& utrum poſſit &c. in tractatu maleficiorum col. prima, fol.3.

Vigeſimononò probatio expenſarum factarum debet fieri per
49 allegantem ſe illas feciſſe † quæ quandoque fit per ſacramentum ubi ſunt uerisimiles arbitrio boni uiri Bal.& Sal.in l.in re instituenda.C.de petitione hæreditatis.

Trigeſimò, probatio reſultat ex aſſertione iudicantis ubi ipſe
50 † poterat procedere ſine ſtrepitu,& figura iudicij,ut in cauſis breuioribus,etiam ſi ſententia eſſet lata contra contumacem. Ange. in l.ſciendum.colum.quinta,in principio,de verborum obligatio. Et
51 poteſt eſſe ratio,quia in modicis † probatio leuis ſufficit, Craue. in conſilio 182. numero 15. & 16. ubi plures caſus ad hoc cumulat.

52 Trigeſimoprimò, quod granatus deceſſerit ſine liberis † an & quando,& per quem fieri debeat probatio,Crot.in rep.c.Rayn.de teſtamentis.& uide Alexand. & poſt eum dominum Claudium,& Moderniores in l. ex facto.§.ſi quis autem. ff. ad Trebellianum,& per eundem Alexand. in l.is poteſt, de acquirenda hæred.ubi ſub nume. 15. tangit illam quæſtionem,quid ſi Titius dicit deceſſiſſe
53 Lucium eius agnatum ſine liberis † & ideò ſe proximiorem allegans,an habeat probare,quòd deceſſit ſine liberis,& tenet, quòd non,per glo.in l.cum de lege.de probationibus.intellige dummodo id alleget iuxta illam gl. Addo ad iſtud de proximiore uidendum Cuma.conſi.43. in quæſtione Franciſci &c. ubi etiam ponit, an,& quando quis præſumatur uiuere uſque ad centum annos, & de morte probanda.

Trigeſimoſecundò probatio medij temporis in poſſeſſione dici-
54 tur facta † probatis extremis,ſcilicet, principio & fine, Alciat. in tractat. præſumptionum regula ſecunda, præſumptione 22.folio 273. Et quò ad alia præter poſſeſſionem,uide Bald. in l.multum intereſt.in prima colum.C.ſi quis alteri uel ſibi. Et negans hodie poſ
55 ſidere † nõ præſumitur poſsidere pp poſſeſſionẽ de præterito,& quòd iſta eſt cõis concluſio dicit Ripa in c.cũ eccleſia.de cã poſſ. & proprie.n.27.& 28. ubi adſunt limitationes,& ſublimitationes & uide Boſsium in tractat.ſuo,titulo de pluribus uiolentiis.col.2. num.5.

56 Trigeſimotertiò probatio reſpicit deciſoria.† ita Bartol. in l.2.

in ſecunda lectura. C. de edendo. Petrus de Ancharan. poſt Ioan. Calderinum, quem allegat in repetitione. cap. canonum ſtatuta. de conſtit. fol. 14. colum. 54. & in repet. cap. eaque. de regul. iur. in ſexto, in colum. fin. & Dec. in cap. ſecundo, de probat. colum. penultima, num. 28. ſentit Abb. in cap. quod clericis, de foro competenti. Et clare tenet Paul. de Caſtro, in l. omnes populi. prope finem. de iuſtit. & iur. & in l. ſecunda, in principio. ff. de eo quod certo loco.

Trigeſimoquartò, probatio acquiſitionis ſeruitutis, iuris incor-
57 poralis per uiam præſcriptionis: qualiter † fieri debeat, ut conclu dat ad fauorem ipſius acquirentis. Et quæ requirantur, & quid in
58 præſcriptione † tanti temporis, cuius initij memoria non extat, ui de Paul. de Caſtr. in l. fin. ff. quemadmodum ſeruitus amittatur, & per Innocen. in ca. cum eccleſia, ſuper uerbo (affuiſſe) de cauſa poſſ. & propriet. & in ca. bonæ, in prima colum. ſuper uerbo (requiſitus) de poſtulatione prælatorum, & reſpectu dicti temporis cuius initij &c. uide Ioan. Baptiſtam Ferret. conſilio 61. num. 12. cum duo-
59 bus ſeq. ad quem ſemper recurre, ut diſcas, an articuli † producti
60 ſint concludentes de neceſſitate, & maxime, quia talis probatio eſt difficilis, ut per Rolan. à Valle conſilio 47. numero 17. in primo uolum.

Trigeſimoquintò probatio incumbit ei, qui intendit infringere
61 † præſumptionem legis. Bald. in l. per diuerſas. C. mandati. in 3. colum. in principio parum ante numerum 6. & ſimiliter probatio
62 incumbit alleganti † pro ſua intentione culpam, uel negligentiam alterius. ita probat Socin. Senior per tria argumenta in conſi. 99. in cauſa Ambroſij Nanis &c. in ſecunda colum. in uerſi. tertium eſt quod in dubio &c. num. ſecundo, in primo uolum. Et dicebat dominus Alexan. in conſi. 100. in primo uolum. colum. ſecunda, num. quarto, quòd probatio culpæ, ſiue agendo, ſiue excipiendo deducatur, debet a deducente probari, & quod clara, certa, & limitata illius debet fieri probatio, Adde Bar. conſ. 193. Ruin. conſ. 12. in 5. uolum.

Trigeſimoſextò allegans ſolemnitatem non fuiſſe ſeruatam, in
63 contractu alienationis eccleſiæ † ſi in inſtrumento dicitur illam fuiſſe ſeruatam, tenetur probare illam ſeruatam non fuiſſe, uel cau ſam non eſſe ueram. Ita firmat Rebuf. in compendio alienationis rerum eccleſiæ fol. 100. in ſecundo latere num. 37. Et nota quòd ubi

64 ubi † non fuit negatum ſolemnitatem interueniſſe, habebit ſuccībere ſecundum Matheſil. in notabil. 12. & idem dicendum erit in contractu minoris, arguendo de eccleſia, ad minorem, quod argumentum eſt ualidum in iure, ut per Euerard. in ſuo tractat. de centum modis argumentandi in iure, loco ſeptuageſimooctauo, pagina. 326.

Trigeſimoſeptimò, probatio pertinentium ad agriculturam, &
65 ad miniſterium ruſticorum, & agricolarum † fieri debet per ruſticos, & eorum iudicio ſtatur. Et ſimiliter quando eſt dubium de aliquo pertinente ad aliquam artem ſtatur artificibus, & magiſtris in illa parte, ſeu profeſsione peritis, ita Ioannes de Platea in §. per alluuionem. inſtitut. de rerum diuiſ. ubi ponit plura exempla plurimatum artium.

66 Trigeſimooctauò. † Quòd contractus locationis factus fuit ad utilitatem eccleſiæ, probatio incumbit conductori. Alexan. clare in conſi. 160. in ſexto uolum. incip. uiſo, ac diligenter conſiderato &c. Petrus Rebuf. in compendio alienationis rerum eccleſiæ. folio 94. uide tamen Ruin. in conſilio 63. nume. ſexto, in primo uolum.

67 Trigeſimononò indefinita in probationibus † non æquipollet uniuerſali. Decius conſilio 146. Corne. conſil. 299. primo uolum. litera L. & idem in teſtibus in ſpecie habetur, ut alias dixi.

Quadrageſimò, quòd mulier ſit inhoneſta, poteſt induci proba-
68 tio † per illos qui eam carnaliter cognouerunt & per alios modos, de quibus per Alexan. in conſilio 13. in ſeptimo uolum. col. fin. ſed de modo probandi honeſtatem alicuius mulieris: uide Craue. in conſi. 205. col. 2.

69 Quadrageſimoprimò per uerba narratiua † inducitur in pluribus caſibus, de quibus per Cæp. in conſi. ciuilium 38.

70 Quadrageſimoſecundò probatio † filiationis, qualiter fiat Soc. Iun. conſil. 56. num. 40. in ſecundo uolum. Rolan. à Valle conſi. 22. in tertia parte, ferè per totum dictum conſilium: & per Cyn. in l. ſi uicinis. C. de nuptijs. num. ſecundo, Barb. in conſi. 27. in primo uol. Petrus à Plaza pag. 649. nu. 8. in epitome delictorum, Ruin. conſi. 52. nu. 2. in 5. uol.

71 Quadrageſimotertiò. Si opponatur bona non ſufficere ad debitum, & aduerſarius neget, cui incumbat onus probandi, uide Potium Imol. in tractat. regularum, & concluſionum pag. 72. conclu-

ſione 23. ubi infert ad plura,& in ſpecie, quód qui uult dicere beneficium eſſe maioris ualoris tenetur probare.

Quadrageſimoquartò, imperfectæ probationes quando coniun
72 gantur,ut probent. † Et quomodo procedat illa regula quæ habet,quæ non poſſunt ſingula multa iuuent.vide Grat.in conſ.184. in fine.

73 Quadrageſimoquintò ſententia ſine probationibus lata † an & quando ualeat.Barbat.latiſsime ponit more ſolito in cap. eccleſia Sanctæ Mariæ, de conſtitutionibus.nume.98.& in ſuperioribus nu meris multa deduxit ad rem facientia,& dicit,quòd paſſus iſte eſt
74 dubius: Et nota, quòd ſententia non dicitur euidenter iniqua quamuis reperiatur ex actis non fuiſſe factas probationes contra Reum condemnatum:uel è contra ad fauorem ipſius Rei abſoluti apparerent teſtes plene probantes intentionem actoris,uel ſi appareret inſtrumentum publicum.Et quare uide Lanfranc.in repet.c. quoniam contra.de probationibus,in principio colum.ſexta,in fine d. colum. ſecundum magnam impreſsionem, & facit ad prædicta Rimin.conſi.89.in primo uolum.Cuma.conſi.ſeptimo,uolum. ſexto, uerſi.nec obſtat, quod uideatur &c. Et ad primum dictum uide Bald.in l.eorum qui.in fine.C.de vindict. liber. &c.

Quadrageſimoſextò ad probandum, quòd memoria hominis
75 non extet † in contrarium,requiritur, quòd teſtes deponentes ſuper hoc,ſint maiores annis quadraginta Flo.in l.ſeruitutes colum. 15.ff. de ſeruitutibus, quem refert,& ſequitur Bero.in conſil.152. numero octauo,in fin.uolum.tertio. Et ad hoc plura uide per dominum Alexan.in conſi.140.in ſeptimo uolum. num.octauo, cum pluribus ſequentibus: Adde Bero. in conſilio 136. in tertio uolum. nume. octauo, optime Signorol.uidelicet in conſilio 70. numero 19.

76 Quadrageſimoſeptimò probatio furti † quomodo fiat.Marſi. in conſi.octauo, ubi ponit in principio,& in ſecunda colum.dicti conſilij,quòd confeſsio rei non ſufficit,ſed quòd eſt nulla,quando non proceſſerunt inditia,etiam ſi in tortura tunc eſſet facta, & ratificata,& de his omnibus uide eundem in conſ.18.maxime num.19.Et probatur per coniecturas furtum prout alij caſus clandeſtini,vide Petrum Gerard.de petra ſancta in notab.8.Iaſ.in l.ſi quis ex argen tarijs,§. prætor ait colum.penul.uerſ.quarto adde nu.18.uſque ad num.29.excluſiue.

Quadrageſimooctauò per libros antiquos fit fides plena, quod infantes fuerint baptizati, quia ceſſat ſuſpicio falſi, & non adeſt cō modum burſale, nec eſt uerisimile, quòd fuiſſent tanto tempore tolerati, ita Felyn. in cap. cum cauſam. colum. prima, de probationibus, ubi ponit plures caſus, in quibus tales libri probant.

Quadrageſimononò probatio facta per inſtrumenta quando
78 præualeat † probationi per teſtes, uide plures caſus poſitos per Speculat. in titul. de inſtrumentorum editione. §. extat uerſ. ſed alij &c. 244. & uide Mayner. in l. ubi repugnantia. de regu. iur. colum. quinta, nume. nono, poſt Albericum, quem allegat. Et nota,
79 quòd probatio ciuilitatis † non fit per inſtrumentum. Crot. in repetitio. l. ſi is qui pro emptore. ff. de uſucapion. num. quadrageſimo nono.

80 Quinquageſimò, quis teneatur † probare in cauſa appellationis. uide Spec. in tit. de ſententia. §. final. in fine, & gloſſ. in l. prima, C. ſi aduerſus creditorem. Petr. de Ancharan. in clemen. appellanti. de appellationibus. Et uide Socin. in conſil. 24. primo uolum. nume. 20. & gloſſ. bene loquentem in cap. in præſentia noſtra, in uerbo (ſtandum) de renuntiatione, & ibi Doctores, & uide omnino Guid. Papæ quæſtione 436. & 20. & ibi in additionibus, Paul. de Caſtr. in l. fin. quando appellandum ſit, & Petrum de Bella Pertica in l. hi qui ad ciuilia. C. de appellationibus, in fine. Et Imol. in c. cum ad ſedem, de reſtitutione ſpoliatorum, & deciſionem Capellæ Tholoſanæ. 341.

SVMMARIVM.

1 *Incidentia, & emergentia, quæ ſint, declaratur hic.*

2 *Quæſtio ſiue cauſa criminalis, quando incidit in ciuilem, qualiter ſit procedendum.*

3 *Quæſtio, ſeu cauſa criminalis, incidens in ciuilem, ſi intentatur etiam contra principalem, cauſa ciuilis ſuſpenditur.*

4 *Inſtrumenta ſuſpecta, uel teſtes ſuſpectos de falſo inducens uel producens reſpectiue, interrogari debet ab aduerſario, an illis uti uelit: quia uult illos, uel illa redarguere de falſo, ita inoleuit practica.*

5 *Falſitate inſtrumenti producti, uel teſtium examinatorum probata, producens, uel inducens, amittit cauſam ultra penam falſi.*

6 *Inſtrumentum falſum producens præſumitur illud fabricaſſe, niſi oſten-*

dat fabricatorem, & punitur tamquam falſarius officio iudicis.

7 Renuntians uſui inſtrumenti ſuſpecti de falſo, uidetur fateri inſtrumentum falſum.

8 Cautelæ plures ad reſpondendum interrogationi ſibi factæ, an uelit uti inſtrumento, uel teſtibus, producto, uel inductis, per eum, uide nu. 8. & & infra num. 12.

9 Iudex debet ſtatuere terminum ad deliberandũ, & clare reſpondendum, ei, qui interrogatus reſpondet ſe uelle uti inſtrumento, quatenus appareat uerum, & ſi non apparet, non uult uti.

10 Nolens uti inſtrumento ſuſpecto de falſo, uel teſtibus ſuſpectis: qualiter caute debeat reſpondere interrogationi ſibi factæ.

11 Capitula falſa faciens, & producens, ac teſtes ſuper illis inducens; non euitat pœnam falſi.

Secus ſi prædicta fecit ignoranter ibidem.

12 Termino per iudicem ſtatuto, interrogato ad clare reſpondendum, an uelit uti inſtrumento, uel teſtibus, per eum producto, uel inductis, ille debet clare, & ſimpliciter reſpondere.

Et ad hoc eſt cogendus ipſe interrogatus ſecundum communem ibidem.

13 Reſponſio, quæ caute, & tute dari poteſt per interrogatum: an uelit uti inſtrumento, uel teſtibus ſuſpectis.

Reſpondere interrogatorio propoſito, cautius eſt per procuratorem generalem habentem mandatum cum libera ibidem.

14 Egidius Boſſ ponit unum dictum in iſta materia reſponſionis interrogator. an uelit uti &c. factæ: quod author non putat uerum, ratione hic aſſignata.

11 Interrogatione non facta producenti falſum inſtrumentum iuxta practicam aſſuetam, non punitur producens.

16 Fabricans falſum articulum ſuper facto proprio in caſu de quo hic: poteſt euadere pœnam falſi.

Vide tamen paulo infra, quæ dicunt Paul. de Caſt. & alij citati ibidem poſt dictum numerum.

17 Publicatio teſtium facta in caſu de quo hic: ea non obſtante, iudex debet admittere alios teſtes ad inſtantiam eius, qui obtinuit publicationem contra regulam iuris.

18 Interrogatio ſimplex: an uelit uti &c. nõ ſufficeret, niſi adijceretur per interrogantem, ſe uelle redarguere de falſo.

19 Renuntians inſtrumento uel teſtibus, deſiſtenſque ab uſu, antequam quis inter-

interrogetur: an uelit uti, & dubium moueatur ſuper ſuſpitione falſi, non incurrit pœnam, nec fateri uidetur aliquid contra ſe.

20 Renuntians uſui inſtrumenti, quod allegatur falſum, non cenſetur fateri illud eſſe tale, quando adijcit proteſtationẽ, quod non renuntiat, eo quod credat falſum eſſe.

21 Inſtrumenti productio conductio condictionalis cum illa clauſula, uideli cet, quatenus pro ſe parteque ſua faciat, euitat falſitatem ratione hic poſita.

22 Iudex completo proceſſu: & expletis ſpectantibus ad probationem iurium partium debet interrogare partes, an uelint aliquid facere, uel actitare amplius:

23 Probatio per ſubiectionem rei ad oculum, numquam dicitur excluſa & ſuperat omnem aliam ſpeciem probationis.

24 Probatorio tempore elapſo, poſſunt tamen extra illud fieri plura. Et etiam poſt concluſum in cauſa.

25 Iudex debet dare aliquam dilationem arbitrio ſuo aſſerenti ſe uelle facere aliquem actum permiſſum poſt tempus probatorium, cum comminatione de qua hic.

26 Iudex debet curare modis omnibus; ut cauſæ quam citius expediantur iuribus ita diſponentibus.

27 Iudex elapſa ultima dilatione cum cõminatione, ut ſupra data, debet curare quod concludatur in cauſa.

28 Iudex poteſt concluſionem in cauſa facere inuitis partibus, uel earum altera.

Concluſio in cauſa fieri debet: expeditis probationibus, & poteſt iudex illam facere inuitis partibus.

29 Iudex poteſt concluſionem in cauſa facere, ſaluo iure producendi ſcripturas, & iura.

30 Concluſio in cauſa per iudicem facta, eſt mera interlocutoria, & poteſt reuocari per ipſum iudicem.

31 Iudici numquam concluditur, ſed ſemper etiam poſt concluſionem in cauſa, uiget illius officium.

32 Concluſionis in cauſa materia latiſſimè tractatur per Speculat. & alios etiam modernos hic citatos.

33 Iudex clauſo proceſſu, moneat partes ad allegandũ, modo et forma de quibus hic.

34 Iudex faciat per notarium cauſæ, ſcribere monitionem per ipſum factam partibus ad allegandũ coram ipſo in iure, & in facto.

35 *Iudex debet uidere proceſſum, & acta, ut melius intelligere poſſit allegationes, & iura partium.*
36 *Iudex debet uidere proceſſum, & acta diligenter, & non perfunctoriè, nec ſemel, ſed pluries.*
37 *Iudici datur modus uidendi proceſſum, & acta, ad cognoſcendum iura partium.*
38 *Iudex uidere debet in primis, an actor probauerit intentionem ſuam uel non, quia ea non probata non erit ulterius laborandum.*
39 *Ius metimur ex perſona actoris in iuditio, non autem ex perſona rei, & non conſtito de iure actoris, non eſt curandum de iure rei.*
40 *Actoris intentione probata in actione, ſeu remedio intentato, tunc iudex recurrat ad exceptiones rei.*
41 *Iudex ſi uidet intentionem actoris fuiſſe probatam in actione, ſiue remedio intentato, tunc iudex recurrat ad exceptiones rei.*
42 *Exceptiones Rei ſunt ponderandæ, an ſint tales, quæ de iure repellant, & confundant intentionem actoris, uel illam elidant.*
Exceptio dicitur eſſe libellus Rei: & uitiatur propter ineptitudinem, ſicut libellus actoris.
43 *Exceptionem ineptam proponens, ſuccumbere debet.*
Et inepta dicitur, & non obſtare, ſi neceſſariò non concludit, ibidem.
44 *Exceptio concludens iuris præſumptione, dicitur ſufficiens.*
45 *Exceptio obſcura habetur pro nulla, & qualiter dicitur obſcura.*
46 *Reprobatur communis practica aduocatorum proponentium certas exceptiones, & poſtea ſubijcientium, quòd omnes alias ſibi competentes, quia illa clauſula nihil operatur.*
47 *Exceptio Generalis, quod non admittatur, intelligendum eſt, ſi opponatur: aliàs procederet.*
48 *Practica, & modus procedendi in iſtis terminis libelli generalis, exceptionis, replicationis, & aliorum incertorum, & obſcurorum, & arbitrium iudicis.*
49 *Excipiendi practica, quando pars dat generalia contra: an & quando poſſit, & qualiter practicanda ſit.*
50 *Iudex inueniens exceptionem rei ineptam, ſiue aliàs defectiuam, & inadmiſſibilem de iure: non eſſet ulterius quærendum.*
51 *Excipiens qui plura deduxit, quorum quodlibet ad uictoriam ſufficit: ſat eſt, quod unum tantum probet.*
52 *Excipiens, qui narrauit factum, ex quo ius excipiendi reſultet, licet concluſio fuerit inepta: tamen ſuper ea erit iudicandum.*

53 *Clauſula, ſuper quibus omnibus, & ſinguli, peto mihi ius, & iuſtitiam. &c. eſt magni effectus, ut hic narratur.*

54 *Actor ignorans remedium, & actionem ſibi competentem, poteſt narrare factum, omiſſa concluſione, & ſubijcere clauſulam, ſuper quibus omnibus &c.*

Et idem dicitur in exceptione. ibidem.

55 *Exceptio eſt interpretanda in dubio ad fauorem rei.*

56 *Actoris intentio clare probata exceptione rei non concludenter probata, ipſe reus debet ſuccumbere.*

Et qualiter hoc intelligatur ibidem.

57 *Iudex diligenter cuncta rimando, conſiderare habeat fundamenta, rationes, & iura utriuſque partis, & ea omnia pro uiribus memoriæ mandare.*

58 *Proceſſus, & actorum uiſio prima facta per Iudicem, ad quid principaliter facta dicatur.*

59 *Iudex partibus in facto diſcordantibus, finito proceſſu, quid facere debeat.*

60 *Iudex debet bene intelligere factum, quia ex illo ius oritur.*

61 *Facti modica mutatione, totum ius mutatur.*

62 *Iudex bene cognito, & intellecto facto ſequi debet ueritatem, ex fide eorum, quæ probantur.*

63 *Iudici obſtare non debet aliquis error commiſſus per patronum cauſæ.*

64 *Teſtatoris opinio, uel aſſertio tacita, uel expreſſa, non poteſt alterare ueritatem, ſi ei contradicit.*

65 *Veritas quomodocunque cognoſcatur, debet ſemper attendi, & præualere.*

66 *Iudex debet omnibus modis laborare, ut ueritatem quærat, & poſtquam eam inuenit, illam ſequi debet.*

67 *Veritatis laudes, & plurima ſuperinde congeſta per Doctores.*

68 *Veritas non mutatur ſubtilitate iuris.*

69 *Iudex quo ordine, & qualiter debet uidere poceſſum, & acta, ex mente Petri de Ancharano.*

Et ad quæ conſiderare debeat ibidem.

70 *Iudex omni ingenio, & conatu laborare debet, ut reducat partes litigantes ad concordiam & qualiter.*

71 *Concordia quibus rationibus perſuaderi debeat per iudicem partibus.*

72 *Iudex poſtquam proceſſus fuit concluſus, & ipſe illum uidit, & examinauit, & partes audiuit, ſi ſequatur concordia, ſibi debentur ſportulæ duplicatæ.*

73 *Lucran-*

73 *Lucrantur ſatis litigatores a lite recedentes per concordiam.*
74 *Iudex non debet regulariter partes cogere ad concordiam: nec ad faciendum compromiſſum, de iure communi.*
75 *Iudex poteſt cogere partes, quæ diu litigarunt, & cauſæ ſunt dubiæ ad concordiam.*
Item, quando adeſſet timor futuri ſcandali; ibidem.
76 *Iudices ſupremi poſſunt partes litigantes cogere ad Concordiam, & ad faciendum compromiſſum.*
77 *Iudex, poſtquã uidit Proceſſum, & acta, & ex perſpicatia ingenij ſui, cognouit, in quibus punctis conſiſtat cognitio Veritatis, debet dare dubia, ſeu motiua partibus.*
78 *Indices non debent ordinare, quod partes ſuper punctis, & motiuis diſputandis, inter ſe concordent.*
79 *Iudex debet præfigere tempore dationis dubiorum competentem terminum, ad ſibi dandum reſolutiones dubiorum.*
80 *Iudex habitis reſolutionibus dubiorum, maxima cum indruſtria, habebit reuidere proceſſum, & acta. & facere in aliquibus follijs, per quam breuiſſime in ſubſtantia contenta, in illis, modo hic expreſſo.*
81 *Iudex ex mente authoris deſcribere deberet extractum proceſſus & actorum, in libro ſpeciali, iuxta ſeriem Alphabeticam diſpoſito.*
82 *Iudex uidens adeſſe plures rationes hincinde prou traque parte, illas deſcribat ſuper uno folio aperto, modo de quò hic.*
83 *Iudicandum eſt pro illa parte, quæ habet plures rationes, & potiora iura pro ſe.*
84 *Iudex habens iudicare cum aliquibus alijs eius collegis quid facere pro bonore ſuo, & ad quæ animaduertere debeat.*
85 *Inconuenientia, quæ ſequi poſſent ex relatione inepta minus fideliter, et artificioſe facta per iudicem cognitorem ſuis collegis.*
86 *Iudicem cognitorem cauſæ bonum habere multum expedit, quia ubi eſt alterius qualitatis, multa inconuenientia, & mala ſequi poſſunt.*
Contra illos, qui aſſerunt non eſſe curandum, habere magis unum, quàm alium in cognitorem cauſæ.
87 *Articulus dubius dicitur eſſe articulus pro amico.*
88 *Iudex qualiter debeat ſe gerere, antequam deueniat ad expeditionem cauſæ, & prolationem ſententiæ.*
89 *Iudex recordetur quòd onus Iudicandi eſt graue, propter magna pericula ipſi imminentia, ſi minus recte fecerit.*
90 *Veritatis pater dicitur eſſe tempus.*

91 Feſti-

91 *Feſtinantia dicitur eſse Nouerca iuſtitiæ.*
92 *Iudicium profecto difficile eſt, & ideo ad illud magnæ mentis opus eſt.*
93 *Feſtinantia animum præcipitare dicitur, nam ſemper improuida eſt, & cæca.*
94 *Iudex cauere debet a nimia ſubtilitate uerborum.*
95 *Iudices non admittant ſubtilitates.*
96 *Subtilitates iuris ſequentes, & æquitatem relinquentes, errant: quod dictum proprie conuenit iudicibus.*
97 *Iudicare debentibus ſemper deberet eſse ante oculos æquitas. contra iudices capitioſos qui nolunt diſcedere ab aliqua regula generali iuris.*
98 *Subtilitas nimia ueritatem uulnerat. & contra dictam ſubtilitatem Bal exclamat.*
99 *Subtilitas conſcientię deteſtatur, ut hic.*
100 *Subtilitas ueritatis inueſtigatiua laudatur.*
101 *Subtilitate nimia ueritas obumbratur, quia aliqui quærunt ſapere, pluſ quam oporteat.*
102 *Subtilitas nimia, & maligna, rem ad pernitiem facile deducit.*
103 *Simplicitas eſt legibus amica.*
104 *Subtilitatem ſequentes, & ab æquitate diſcedentes, multotiens pernitioſe errant.*
105 *Iudici conſultori, & aduocato conſulitur per Franciſcum Aret. ut adhęrere debeant opinioni habenti æquitatem.*
106 *Subtilitate nimia leges cauillantes, Areti. contra illos inuehit.*
107 *Aduocati cauilloſi iura peruertentes, contra illos eſset prouidendum, ut inuehit dominus Antonius de Butrio.*
108 *Subtilitates quædam ſunt, quæ reprobantur, quibus utuntur cauilloſi, ad ſimplices decipiendos in iuditijs.*
109 *Iudex ſemper debet habere rationem æquitatis, ſicut ueritatis, & ipſam ueritatem cum æquitate coniungere, & cum iſto temperamento ad ſententiam deuenire.*
110 *Deus omnipotens iudicando, utitur æquitate & ueritate.*
111 *Iudex habens plures cauſas in procinctu expediendi debet primo expedire cauſam pauperis quam diuitis.*
112 *Dominus Deus Altiſſimus, eſt refugium pauperum: patientia pauperum non peribit in fin. ibidem.*
113 *Priuilegia multa in iuditialibus, ac canonibus, & legibus, conceſſa paupertati, uide hic remiſſiue.*

CAPVT.

VIGESIMVMSECVNDVM CAPVT.

LIcet dominus Lancilot. in d. tractatu de prætore, libro primo ca. nono.§.2.pag.170.poſuerit rubricam de inci-
1 denti,& emergenti ſub qua declarauerit † illos terminos, quæ dicantur incidentia, quæ ſunt illa propriè, quæ non reſpiciunt proceſſum ſed merita cauſæ,& negotij principalis habentia veterem cauſam ante litem conteſtatam, ut eſt exceptio compẽſationis, vel pacti de non petendo. Emergentia verò dicuntur illa propriè quæ emergunt in cauſa,& in ipſo iudicio iàm inchoato,& habent nouam originem poſt litem conteſtatam,& reſpiciunt proceſſum nec habent vetuſtiorem cauſam ante proceſſum: ut ſi agatur de dilatione danda, uel non, uel de procuratore, ſeu teſte repellendo:& de admittendo uel non admittendo poſitiones uel articulos,& ſimilia. Et ſucceſſiuè in progreſſu ſub dicta rubrica alia ad illud propoſitum facientia ſcribat. Attamen nolui de illis aliter ſcribere: maximè, quia breui labore, & tempore quilibet poterit ſcripta per ipſum Lancelot. uidere recurrendo ad eum ſub dicta rubrica & loco ſupracitato.

Nolo tamen omittere unum, quod ipſe dicit ſub dicta Rubrica & ſub nume. 6. pro inſtructione iudicis, quia id ſæpe uidi in iudi-
2 cijs uerſari. Nam dicit, quòd ſi quæſtio † criminalis incidit in ciuilem, ut falſi teſtes, partus ſuppoſiti, ſuper eo ſit pronuntiandum ante omnia, & ſuper principali ſuperſedendum. Quod qualiter procedat ſiue quæſtio ciuilis incidat ciuili, ſiue criminalis ciuili, ſiue ciuilis criminali, remittit ad gloſſ. & Salycet. in l. prima, in fine. C. de ord. iud. & Marant. in Specul. in duodecimo actu iudicij, in ſexta parte, poſt Bald. in l. final. C. de fide inſtrumentorum,& dicit determinari quòd quæſtio falſi teſtis, uel inſtrumenti cũ intentatur cõtra teſtes tantũ procedatur in cauſa, ſecus ſi
3 intentatur contra principalem talia producentem, quia cauſa ſuſpenditur, ſic quoad ſuſpenſionem cautius agitur (ut aſſerit dicere Angelum & Auguſtinum in additionibus in tracta. maleſi. in uerſ. comparent,& in termino numero 20.) ſi de falſo contra producentem,& contra teſtes procedatur, ad quod allegat Marant. dicentẽ quòd propterea inoleuit practica, ut pars uolẽs accuſare de falſo,
4 interroget aduerſarium † an uelit uti teſtibus, & idem dicendum eſt

eſt de inſtrumentis, quia uult illos, ſeu illa de falſo redarguere:
5 quia ſi probabitur falſitas talis producens † punitur in amiſsione cauſæ ultra pœnam falſi. Et qualiter interrogatus debeat reſpondere, dicit uidendum ibi remiſsiuè,& per Bald.in l.fin.circa finem C.ſi ex falſ.inſt.& ulterius ſe remittit ad dicta per eum in eodem lib.§.3.ſub rubrica de falſarijs.nume.18.& eſt pagi.395.& quæſtio incipit in pagina 394.in uerſic.quo circa nume.14.poterit quis,ad illũ recurrere,de qua materia late ſcribit Ant.Gabr.in lib.ſeptimo concluſionum ſub tit.de criminalibus.concluſione ſeptima, ponendo concluſionem,ampliationes,& limitationes,ubi uideatur omnino. Et ego in materia iſta aliàs abunde ſcripſi in libro informationum mearum,quæ decreui pro inſtructione iudicum hic tranſcribere,& ſunt hæc;interrogatus an uelit uti inſtrumento,uel teſtibus productis per eum in cauſa pro ueris,& bonis,ex eo: quia aduerſarius ſuus intendit eos ſeu illud redarguere de falſo qualiter debeat caute reſpondere: ita,ut non oriatur contra eum præſumptio de falſo,uide infra dicenda.

Et antequam deueniam ad cautelas adhibendas ad hunc effectum,in primis præſuppono,quod de iure ille,qui producit inſtrumentum falſum præſumitur illud fabricaſſe niſi oſtendat fabricatorem,allegatur textus in l.maiorem.C.de falſis,& alius text.in l. iubemus.C.de probationibus,in quo probatur ſecundum unam lecturam,quòd qui producit ſcripturam ſuſpectam niſi probet eam ueram punitur iudicis officio tamquam falſarius, & ſic ſine accuſatore,ut aduertit ibi glo.fin. licet, regulariter ſine accuſatore nemo damnetur:iuxta illud uerbum D. N. Mulier ubi eſt qui te accuſat,ſi nemo te accuſat nec ego te condemnabo: Ioannes capite octauo,in principio.pro ut etiam magis ad propoſitum allegatur alius textus in l.tertia,incip.ſi aduerſarius C.de fide inſtrumento-
7 rum.ex quo colligitur,qui renunciat † uſui inſtrumenti ſuſpecti tacite uidetur fateri inſtrumentum falſum.& ibi Bal. citat. l.ſi falſos C.de falſis. licet ad plura ex iſtis iuribus reſpondeat Crauet. in conſi.315.incip.Fran.Hoſpitalerij &c.in ſecunda col.uerſ.non obſtant modo &c.

Modò his ſic præſuppoſitis deuenio ad dictas cautelas traditas
8 per doctores † circa modum reſpondendi dicto interrogatorio, qui modus ſumitur ex dictis per Bart. in l. diuus.la ſecunda. ff.de falſis,ubi allegat dictas leges,& in effectu dicit ibi Barto. quòd ſi

ille,

ille, cui facta eſt proteſtatio (quia de proteſtatione ipſe loquitur non autem de interrogatione vt alij doctores) dicat reſpondendo quòd utitur illo inſtrumento, quatenus apparet uerum; & ſi non apparet uerum proteſtatur ſe non vſurum. Et tunc judex debet
9 ſtatuere † terminum ad deliberandum, an uelit uti illo inſtrumento, vel non ut in ll. per eum ibi allegatis, tamen Doctores adducunt illam Doctrinam Bar. ad illud de interrogatione, ut dixi. Et illam practicam, interrogationis faciendę producenti inſtrumentum, approbant: ſcilicet quòd fiat illa interrogatio: vt per Bal. in l. fi. C. ſi ex falſ. inſtru. col. fin. uerſ. pone ergo &c. num. 19. Et per Cæpol. cautel. 55. in lib. meo incip. communiter in cauſis &c. & per Fulgo. conſi. 177. Publicato proceſſu &c. Catel. Cotta in ſuis Memoralibus in verſ. inſtrumento uel teſtibus col. 262. Franciſcum Martium in quæſtione 737. Quæritur, quia dictus præſidens &c. in deciſionibus Parlamenti Delphinatus. Et Boſſ. in tract. ſuo diuerſorum in titulo de falſ. pag. 362. num. 116. Areti. & Fely. in cap. præſentium, extra de teſtibus. Ang. Areti. & Auguſti. de Arimin. in appoſtillis ad eum in tract. Malef. in uerſ. falſario: & idem Areti. in inſtit. tit. de except. in §. appellantur col. 3. uerſ. & eſt ſciendum Et per Lapũ allegatione 119. incip. Pone, q procurator meus &c. & multi alij Doct. quos diligens indagator inuenire poſſet quærendo.

Ex quibus apparet, quòd iſta eſt communis practica, & ita communiter intellecta, uidelicet quòd fiat huiuſmodi interrogatio illi qui inſtrumentum ſuſpectum de falſo producit: ut non poſsit euadere quin teneatur, & ſit puniendus, ſaltem de uſu: ſi & quatenus reſponderit ſe velle vti.

Sed dubium eſt, quod ſi deliberauerit nolle uti qualiter cautè debeat reſpondere quia ſi ſimpliciter reſpondebit ſe nolle uti
10 † uidetur facere ſe ſuſpectum de fabricatione falſi inſtrumenti: per ea, quæ uolunt Doctores in d. l. 3. C. de fid. inſtrumentorum. Et ut dicit Bald. in dicta l. fi. C. ſi ex falſ. inſtru. col. fi. & Cepol. qui eius dicta reaſſumit in dicta cautela, unde pro reſolutione huius difficultatis adducam iniunctas concluſiones ad hoc ut clarius iſta materia cuicunque liquere poſſit.

Et prima concluſio eſt, quòd ubi ſumus in teſtibus examinatis & ſtatim ſunt publicata eorum dicta, & apparet illos depoſuiſſe falſum: ſi ille, qui eos induxit proteſtatur ſe nolle uti dictis illorum

rum teſtium, tunc euitat pœnam falſi: quia antea erat in bona fide ignorans depoſitiones teſtium; Vnde ſi ſtatim poſtquam illa uidit, & didicit proteſtatur, ſe non uſurum dictis eorum, non tenetur de falſo, tanquam vtens dicto falſi teſtis: Doctrina eſt Bart. ad hoc in d.l.3. C. de fid. inſtrumentorum. & idem melius, & clarius tenuit Bal. in d.l.fi. C. ſi ex falſ. inſtrumentis col. penult. in fine, ſub num. 16. & in princ. col. fin. Et idem tenet Felyn, in d. cap. præſentium. de teſtibus col. prima num. 13. Et in hoc eſt differentia inter dicta teſtium, & inſtrumentum vt declarat idem Bal. in prin. d. col. fin. quem omnino uide.

Secunda concluſio eſt, quòd ubi ſumus in caſu, in quo quis fe-
11 cit capitula falſa † & induxit teſtes ad illa probandum: & tunc non euitat pœnam falſi: quia ſatis apparet, quòd teſtes induxit ad probandam falſitatem: & hoc explicite tenuit Bal. in d.l.fin. col. fi. in principio, & ante eum idem voluit Bart. in effectu licet non ita clare in d.l. tertia. in fin. uerbis. idem uoluit clariſſimè Fely. iura & deciſ. allegando in d.c. præſentium col. 3. de teſtibus. ſub num. 11. in uerſ. ſecunda concluſio &c. quam concluſionem dicit procedere in producente ſcienter falſum articulum, ſecus autem dicit eſſe: ubi ille, qui formauit articulum falſum, & produxit teſtem ad illum probandum pro certo, vel præſumptione iuris id fecit ignoranter. Et ſubdit, quòd ſi eſt dubium, an ſciuerit, aliter eſt procedendum: ut ibi per eum ad quem pro vera intelligentia iſtius concluſionis eſt recurrendum, & poſt illum ad Boſſ. in d. tit. de falſ. pag. 367. num. 153. & 154. Et iſta concluſio poſſet poni pro fallentia ad dictam primam concluſionem ſupra poſitam.

Tertia concluſio, quæ eſt adaptabilis tam ad teſtes, quàm ad inſtrumenta, eſt, quòd ille qui interrogatur an uelit uti dictis teſtium examinatorum pro eius parte, uel inſtrumento per eum producto, ſi reſpondeat ſe uelle talibus teſtibus, uel inſtrumento uti quatenus appareat uerum, & quatenus dicti teſtes uera depoſuerint, aduerſarius poteſt inſtare, & obtinere, quòd iudex ſtatuat terminum tali ſic interrogato, & ut ſuprà reſpondenti, ad deliberandũ & clare reſpondendum dicto interrogatorio, & tunc elapſo dicto
12 † termino talis interrogatus debet clare, & ſimpliciter reſpondere, quia dicta reſponſio, non eſt ſufficiens, nec reddit certum aduerſarium, nec iudicem interrogantem. Et ideò non eſt admittenda, ſed eſt cogendus interrogatus ad reſpondendum clare, & ſimpliciter

plicìter,ut ſuprà,& ita uoluit in terminis Fulgo.in conſi. 177. incipien. publicato proceſſu &c. & ſequuti fuerunt. DD.de conſilio Neap.ut in deciſ. Afflict. 189. & ſimiliter idem uoluit Cæpol. in d. ſua cautel. 55. incip. communiter in cauſis &c. colum. ſecunda,& Lap. dicta allegatione 119. ubi ampliſſime loquitur, & Franciſcus Martius in d. quæſt. 737. Et latè etiam ponit Boſſ. in loco præallegato dicta pagi. 367. ubi dicit, quòd iſta eſt communis opinio, quòd ſtatuto termino debeat clarè reſpondere; & declarat dictum Bal. quod uidebatur aduerſari prædictis in d. l. 3.

Quarta concluſio eſt, quòd dictus interrogatus in caſibus prædictis uolens cautè reſpondere, habet dicere, ut docet Bald. in d. l. fin. colum. final. C. ex falſ. inſtrumentis &c. Quia non reputo mihi
13 hunc teſtem uel hoc inſtrumentum neceſſarium. † ideò de hoc teſte, uel inſtrumento non curans uſui cedo:& ibi cõſulit, quòd hoc fiat per procuratorem generalem habentem mandatum cum libera,& hanc eandem cautelam tradit Cæpol. in dicta ſua cautel. 55. & Catel. Cotta in dicto ſuo Memoral. dicta colum. 261. vbi allegat Bal. in conſilijs reprobantem etiam dictam reſponſionem conditionalem, de qua ſupra,& dictum modum reſpond. refert,& ſequitur Boſſ. in dicto titulo, de falſ. dicto num. 119. pag. 363. nec non in eodem titu. pag. 369. num. 161. ubi uidetur dicere (loquens in cauſa criminali) quòd etiam ſi adhibeatur modus in reſpondẽdo, de quo per Bald. in dicta l. fin. quem alij ſequuntur, ut ſuprà, quòd euitatur ſuſpicio falſi: ſed tamen non fit propterea, ut unquam credatur inſtrumento, uel teſtibus: & ſubdit, quòd ita etiam ſentit Gandi. in ſuo tractat. maleficiorum in tit. de falſarijs: &, quòd ipſe
14 Boſſ. ita credit † quòd nunquam ille poſſit uti in illo iudicio uel in alio, cum uideatur ipſe fateri illud non eſſe uerum, ſed falſum. Quod tamen ego non puto uerum ſalua reuerentia illius: quia cõtrarium uidentur probare uerba Bald. in dicta l. final. colum. fina. docentis illam cautelam ſpecialiter, ad effectum euitandi periculum,& ſuſpitionem iudicis, quem alij ſequuntur ut ſuprà.

Quinta concluſio eſt, quòd ſi non interrogatur producens falſum inſtrumentum iuxta prædictum modum interrogandi,& tunc
15 non punitur: quia iſtud non eſt uti, ſed uſum eſſe,& tunc aderat bona fides, iſta ſunt uerba Bald. in dicta l. fin. colum. fin. in uerbo, pone ergo &c. C. ſi ex falſ. Inſtrum. quam concluſionem,& doctrinã ſequitur Catel. in dicto ſuo memora, incipi. inſtrumento uel teſtibus

bus &c. colum.161.& Foler.in ſua Practica crimi.in uerſic. item quòd commiſit falſitatem &c. pag.182. num.24.uerſi. item procederent dictæ Doctrinæ &c. ubi allegat Capiti.in deciſ.67.in fine, qui non multum facit ad hoc: eſt uerum quòd loquitur in eo, qui fabricauit falſum articulum ſuper facto proprio, & induxit teſtes ſuper illo, & non uſus fuit dictis teſtibus uſque ad finem cau
16 ſæ, ſed aduerſario proteſtante falſitatem incontinenti renuntiauit uſui teſtium, & allegauit errorem: quia tunc propter reproteſtationem aduerſarij, & renuntiationem incontinenti ſecutam: præſumeretur error, qui aliàs non præſumeretur ad euadendam pœnam ſecus autem ſecundum eum poſt Areti. quem ibi allegat, ſi renuntiaret, nõ præcedente dicta proteſtatione aduerſarij, & iſta etiam ſunt uerba Felyn.in dicto cap.præſentium colum.3.num.ſecundo, uerſic.ſi autem eſt dubium an ſciuerit &c. & cum iſta concluſione uidetur tranſire Boſſ.in tit.de falſis.dicta pag.369.& d.numero 161. ibi, uerum ubi illud &c. Et Cæpol. referendo de uerbo ad uerbum dicta Bald.in dicta l.final.in præallegata cautel.quinquageſimoquinto.

Puto tamen aduertendum ad ea, quæ dicit Capiti. poſt Aretin. in dicta deciſ. quia Paul.de Caſtr. in l. ſi uteris. C. de fide inſtrumentorum. ſentit contrarium: & uidetur uelle, quòd etiam ſine aliqua proteſtatione aduerſarij, poſtquam ille, qui induxit teſtes uidet illos falſum depoſuiſſe, teneatur incontinenti renuntiare, & dicere, quòd uti non intendit depoſitione talium teſtium, & abſtinere ab uſu: quia licet antequam uiderit non potuerit deliberare, poſtea uerò deliberare potuit, & dicit quòd ita uidit practicari: & cũ iſto dicto Paul. de Caſt. concordat Fely. in dicto cap. præſentium in uerſic. item nota, quòd ſi falſitas colum. quarta, num.13. & ſimiliter Foler. in pract. prædicta pag.180. poſt Salyc. quem allegat in l. ſi falſos. C. de falſis, & dicunt dicti Doct. ꝙ tunc non eſt neceſſaria proteſtatio partis.

Sed aduerte an iſta dicta poſſint concordari hoc modo, uidelicet, quòd dicta per Aretin. & Capiti. illum allegantem, & ſequentem, habent locum, quando dicta teſtium non eſſent adhuc publicata ei, qui illos induxerat, ſed aduerſario proteſtanti de falſitate. Paul. uerò de Caſtr. & alij ſupra allegati loquuntur, quando producens teſtes habuerat publicationem eorundem, & uiderit atteſtationes, quæ aliàs non facerent notorium: tamen uidetur poſſe re-

P ſponderi,

ſponderi, quòd nullus repeteretur tam fatuus uerisimiliter, qui renuntiaret uſui teſtium, quantumcumque ad uerſ. ſuus de falſitate proteſtatus fuiſſet, niſi uellet in primis uidere ipſas atteſtationes: ergo uidetur quòd dictum Aretin. relatum per Capiti. ſit quoque intelligen. in caſu quo atteſtationes eſſent publicatæ, etiam inducenti ipſos teſtes. Niſi dicamus, quòd ſi non eſſent publicati ipſi inducenti cum uidet aduerſarium proteſtantem de falſitate, & interrogantem an uelit uti atteſtationibus huiuſmodi, debet petere publicationem, & illas uidere. Immo uidetur dicendum, quòd iudex parte inſtante debeat præfigere terminum dicto inducenti, ad illas uiden. & clarè reſpondendum, an uelit illis uti, iuxta dictam Theoricam Bartol. in dicta l. diuus. la ſecunda. ff. de falſis.

Sed adhuc non quieſcit animus: quia uidetur abſurdum, quòd ille qui induxit teſtes, & non publicauit: quia fortè in alia inſtantia: uidelicet aliàs tempore ſibi permiſſo: uult poſſe producere alios teſtes ſuper eiſdem articulis, uidelicet directo contrarijs, cogatur ad publicandum ſuos teſtes ex cauſa prædicta, & hac uia excludatur à productione, & examinatione aliorum teſtium ſuper ijſdem articulis, vel directo contrarijs: iuxta not. in c. fraternitatis; extra de teſtibus.

Sed ad hanc rationem uidetur poſſe reſponderi, quòd ſi inuenerit iudex teſtes eſſe falſos, & falſum depoſuiſſe, & ita iudicauerit: eo caſu talis inducens, & publicans, ac utens talib. teſtib. non hēt de quo conqueratur, niſi de ſe ipſo, & propter delictum meretur omne commodum amittere, prout amittet etiam cauſam ſtante ſtatuto noſtro. Si uero non inuenerit illos falſos: tunc propter calumnioſam opinionem partis aduerſæ: & in odium ipſius calumnioſi admittet alios teſtes eiuſdem, qui publicauit ad examinationem.

Attamen ubi ille inducens poſt publicationem factam (ut ſuprà) videns eos falſos: reſponderet ſe nolle uti, & abſtineret ab uſu cum cautela ſalutari de qua ſupra in quarta concluſione: in hoc eſt
17 dubium, ſed tamen uidetur dicen. quòd etiam iſto caſu † iudex deberet illum admittere ad inducendum, & examinari facien. alios teſtes non obſtante dicta publicatione per ipſum potius coactè, & neceſſariò quàm uoluntariè facta: tum quia ex abſtinentia ab uſu modo prædicto per eum facta, conſtat de bona fide illius, &

ceſſat

ceſſat omnis præſumptio contra eum ; tùm etiam iura ſubueniunt facientibus actum ex neceſſitate. l. ſi fideiuſſor. §.qui neceſſaria.ff. qui ſatiſd.coga.ſuper quibus tamen cogita; quia ſunt noua,& per me excogitata ad declarationem dictorum præfatorum Doctorũ, quæ ad inuicem pugnare uidentur.

Sexta concluſio eſt,quòd dicta interrogatio ſola, & ſimpliciter facta producenti inſtrumentum, uel examinanti teſtes,an uelit i'-
18 lo, † uel illis uti,non ſufficeret niſi adderetur proteſtatio ipſius interrogantis:quòd uult illum accuſare de falſo, & ita loquitur Bar. in dicta l. diuus. la ſecunda, & ita etiam loquitur Paul.de Caſtr.in d.l.ſi uteris. C. de fide inſtrumentorum, & expreſſius hoc uoluit Felyn.in dicto cap. præſentium.colum.quarta, in princip.imediatè ante numerum 13.& ita ſeruat practica:& niſi illud adderet,uidelicet quòd uellet redarguere de falſo non ſufficeret dicta interrogatio ſecundum Fely.ubi proximè.

Septima concluſio eſt, quòd quando producens deſiſtit ab uſu ſponte,& proprio motu abſque tali interrogatione, & proteſtatione,non poteſt puniri,niſi probetur, quòd ipſe fabricauerit,uel ſcięter uſus fuerit, ſeu fabricari fecerit: ita concludit Aymo Crauet. in conſi.305,Franciſcus Hoſpitalerij. Vbi tamen uidetur colligi ex uerbis illius,quòd fiſcus comminatus fuerat uelle eum punire de falſo:ſed nihil dicit de interrogatione:& ſic probatur, quód ex ſola proteſtatioue, & comminatione,ſequitur quòd quis teneatur renuntiare,& pro iſta concluſione faciunt uerba Boſſ.in dicta pag. 399.Vbi tamen loquitur quando inſtrumentum non erat reuoca-
19 tum in dubium:& hoc modo loquitur etiam Paul. de Caſt. in d.l. ſi aduerſarius.prope finem uerſic. item ſi non allegatur ſuſpectum &c. & ante eum idem uoluit Bald.ibidem in ſecunda colum. nu. quarto,in uerſicu.ſed quid ſi non opponatur aliquid contra inſtrumentum &c. & aſſignat rationem Bald. ibi poſt Guliel. de Cune. & Cyn. quos allegat: dicens, quòd ratio eſt; quia illud quod non obijcitur nemo fateri uidetur,& Saly.etiam in ead.l. hoc tenet in prima quæſt.

Octaua concluſio eſt,quòd qui renuntiat uſui inſtrumenti: quod allegatur falſum, non cenſetur fateri illud falſum, quando adijcit
20 proteſtationem † quòd renuntiat propter hoc,quòd credat ipſum falſum eſſe,ita Saly.in dicta l.tertia,C. de fide inſtrumentorum, & ibi Bald. nume. ſecundo, qui loquitur quando proteſtatione præ-

miſſa ſit talis renuntiatio,& dicit,quòd proteſtatio tollit præſumptionem criminis: & illam tacitam confeſſionem falſitatis. Hanc cautelam approbat Socin.in conſi.24.in primo uolum.& Paul.de Caſt.in d.l.tertia,colum.ſecunda,in uerſic.item non &c. ubi ſubdit hoc eſſe utile,& ego dicebam in practica, quòd poſſet coniungi iſta theorica cū alia,de qua per Bal.in d.l.fi.col.fi.C.ſi ex falſ.instrumen.& de qua ſupra latius in quarta concluſione,quia tunc cō iungendo iſtas duas reſponſiones, ſeu concluſiones inſimul reſpō dens,uidetur multum cautè reſpondere.

Nona concluſio uidetur poſſe poni in iſta materia, quæ eſt talis,uidelicet,quòd quando ab initio tempore productionis inſtrumenti,uel alterius ſcripturæ,ſiue articulorum, talia producens ea
21 non producit ſimpliciter † ſed cum illa clauſula , quatenus pro ſe & parte ſua faciant:quæ quidem clauſula eſt conditionalis , & operatur, quòd falſitas euitatur per producentem:quia illud quod eſt falſum non facit pro eo: & per conſequens non cenſetur productū: ita dicit:ſed latioribus uerbis,& multum plenè ponit Foler.in ſua pract.crimi.in dicto uerſic. item quòd commiſit falſitatem,pagina 179. & ſeq. ad quem in hoc eſt recuren.quia ibi & in ſequentibus latiſſime examinat, an & quando quis de falſo teneatur reſpectu uſus de quo nos loquimur,& ponit regulas,& fallentias . Et pro iſta concluſione etiam facit deciſ.Alexand.in conſil. 536. in fin. in ſecundo uolum.& Riminal.conſi.358.num.ſeptimo, ſecundo vol. & Fely.in cap.cum venerabilis.de except.licet Pariſ. ibi uideatur aliqua adducere in contrarium,ſub num.29.poſtquam dixit,quòd Fely.ibi dicit illam eſſe communem opinionem . Et ſimiliter pro eadem concluſione noſtra uideatur Pract. Papien.in forma libelli productionis inſtrumenti in gloſſ. in illis paſſibus &c. & ſequen. qui uideatur una cum apoſtil.ibi ad eum poſit. maxime ſub litera D. Et nota quòd ipſe practicus ultra dictam productionem conditionalem;in dicta forma productionis inſtrumentorum,quæ habetur in fol.69.ſecundo latere:docet, quòd producens in actu ipſius productionis adijciat proteſtationi,ſe uelle uti iuribus , & inſtrumentis productis : ſi,& in quantum ſint,& appareant eſſe uera,& iuſta , & non aliter nec alio modo : quæ omnia nota in practica,& obſerua.

Adde uiden.ad hanc materiam Ant.Gabriel.in libro communium concluſ.ſeptimo,de criminalibus tractantem concluſ.ſeptima,incipie n.

cipien.quandò aliquis producit ſcripturam &c. vbi plura in hac materia ſcribit.

Facta iſta haud minima digreſſione, quæ forſan aliquando, nõ erit aliquibus ingrata; modo deueniendo ad rem noſtram; dico, q̃ iudex facto proceſſu productis inſtrumẽtis examinatis teſtibus factis confeſsionibus, & expletis, quæ ad probationem iurium par-
22 tium ſpectant, & neceſſaria ſunt, † debet interrogare partes; an uelint aliquid amplius facere, uel actitare pro uberiori complemento proceſſus. Et ſi ipſę partes dixerint, uel aliqua earum dixerit, ſe adhuc uelle aliquos actus facere: tunc animaduertat iudex, an ſint elapſa tempora probatoria, quæ ut plurimum præfiguntur à ſtatutis, uel conſtitutionibus ciuitatum, & locorum. Et an caſu quo ſint elapſa: tunc an ea, quæ dixerit uelle facere ſint talia, quæ fieri poſſent extra dicta tempora: puta ſi talis pars uellet probare aliquid de ſua intentione, per ſubiectionem rei ad oculum ipſius
23 iudicis † quæ probatio nunquam dicitur excluſa, & ſuperat omnẽ aliam ſpeciem probationis, ſecundum Bald. in l. contra negantem. C. ad legem Aquiliam. & per Azo. in ſumma Codicis ſub eodem titul. & nonnulla alia poſſent fieri extra dicta tempora, quæ haben
24 tut per Marant. in Speculo fol. 76. uerſo, in uerſic. quintus decimus actus, qui ſucceſsiue &c. quandoquidem poſsint fieri etiam poſt concluſionem in cauſa: ut ipſe Marant. ibi inquit. & ubi ille talis adhuc probare uolens dixerit ſe uelle facere aliquem ex dictis
25 actibus permiſsis: tunc ipſe iudex † dabit illi aliquam dilationem arbitrio ſuo ad expediendum talem actum ſiue talia acta, cum comminatione, quòd amplius non audietur elapſa tali dilatione, ſiue probauerit, ſiue non. Ne aliàs daretur progreſ-
26 ſus in infinitum: quia Iudex † debet curare omnibus modis, ut quàm citiùs fieri poteſt cauſa expediatur capitul. finem litibus. extra de dolo, & contumatia, & in le. properandum, in prin. C. de iudicijs. Et ad ipſum abſolutè ſpectat hoc facere. Itaque nullus reperitur tam audax, qui poſsit inuito iudice litem protelare, ut inquit Imperator in d. l. properandum. §. 1.
27 Elapſa igitur d. dilatione iudex † ad inſtantiam partium, uel vnius tñ faciat concluſionem in cã interloquendo in ea fore, & eſſe concluſum, quod facere poteſt etiam inuita altera ex dictis partibus, uel ambobus inuictis ſecundum Iaſ. in l. admonendi, de iureiur. num. 46. in repetitione. licet domini de Rota deciſ. 707. in

antiquis,tenuerint,quòd iudex debet illam facere aliquam parte
inſtante,aliàs poteſt appellari:& pro opinione Iaſ.quòd poſſit il-
28 lam facere † inuitis partibus,uel altra earum, & ſic ſine inſtantia
partium tenuit D.Abbas in cap. Paſtoralis.de cauſa poſſeſ.& pro
priet. in ſecunda col. ubi ponit quomodo fiat, & in quo differant
renuntiatio,& concluſio.Et an ipſa concluſio ſit de ordine iudicio
rum,& plura in materia uide per Roma.in conſilio 176. incip. iſti
29 ſunt &c.Et per Guidonem Pap. quæſt. 587. & eſt notandum † ꝙ
iudex poteſt illam modificate facere, uidelicet,ſaluo iure produ-
cendi ſcripturas,iura,& inſtrumenta:ut colligitur ex deciſ. Afflic.
271.& ſequenti.ubi habes etiam,quæ poſſint poſt illam fieri,& di
30 cunt Doctores quòd concluſio iſta facta per iudicem † ut ſupra:
eſt mera interlocutoria,& poteſt reuocari per ipſum iudicem.Iaſ.
in l.cum procurator. §.ſi dominus.de noui oper. nunt.Ripa.in l.
31 Quod iuſsit.de re iudicata.& quòd nũquã iudici concluditur † ſed
ſemper etiam poſt eam officium eius uiget. Ang. conſi. 343. Viſis
atteſtationibus &c.in fine. Sed quia de hac materia concluſionis
32 in cauſa † latiſsimè ſcripſerunt infraſcripti Doctores,uidelicet in
primis Specul.in tit.de renuntiatione & concluſione.Lancelot. in
d.ſuo tract.lib.primo.§.ſecundo,in ca. nono.pag.173. ſub rubrica
de publicatiõe,& concluſione.Marant.in d. 15.actu dicto fol.76.
ſecunda faci.in magna impreſsione, & nouiſsimè D. Io. Baptiſta
Aſin.pag.319.cum pluribus ſequentibus §.23. in ſua praxi,& quia
etiam hic in ciuitate noſtra rarò, & ferè numquam fit concluſio in
cauſa,Iccirco putaui ſufficere remiſsionem ad loca prædicta: &
ſcripſiſſe ea de quibus ſupra, ex quibus Iudex poteſt inſtrui ad
curandum, quod claudatur proceſſus ut deueniatur ad alia, de
quibus infrà.

33 Clauſo igitur proceſſu ſupereſt,ut ipſe iudex † moneat partes
ad allegandum, & deducendum coram eo quidquid uolunt, &
poſſunt tam uerbo quàm in ſcriptis:tam in facto quàm in iure,
quia uult deuenire ad expeditionem ipſius cauſæ, & laudarem
ego quod faceret illas moneri per notarium cauſæ ex parte, &
mandato ipſius,quòd deberent coram iudice allegare in facto,&
in iure tam uerbo,quam in ſcriptis : quia ipſe iudex vult cauſam
terminare etiam aſsignando illis aliquem terminum competen-
tem ad prædicta faciendum,aliàs quod cauſa terminabitur eis ul-
34 terius non expectatis,neque monitis: & faciat talem † monitio-

nem

nem per ipſum notarium in actis ſcribere.
Demum his peractis accingat ſe ad uidendum,& examinandũ
35 proceſſum,& acta ad hoc † ut poſsit melius,& clarius intellige-
re allegationes,& iura partium,quę coram eo deducentur per li-
tigatores,& ad memoriam ſuam reducat deducta, & allegata in
ipſis proceſſu,& actis tam pro parte actoris, quàm pro parte rei
nec credat ipſe iudex,quòd ad effectum iudicandi,& ſententiandi
in cauſa coram eo uertente:& in qua fuerit factus & completus
proceſſus ut ſupra,ſibi ſufficere uidiſſe ſemel proceſſum quãdoqui
36 dem illum uiderit diligenter,& nõ perfunctoriè † quia certè hoc
modo proxime dicto non debet illum uidere, ſed debet uti in ui-
ſione huiuſmodi omni diligentia poſsibili prima uice. Et poſtea
auditis,& uiſis allegationibus partium uerbo,& in ſcriptis,debet
rurſus repetere uiſionem ipſius proceſſus etiam cum maiori dili-
gentia quàm per prius,iuxta conſilium Speculat.in tit.de renuntia
tione & concluſione in §.finitis partium allegationibus &c.in uer-
37 ſi. Auditis autem &c.num.2.fol.247. ſecunda facie.& ut in deci-
ſionibus rotæ infra allegandis in antiquis.Et modus uidendi † pro
ceſſum talis eſſe debet,uidelicet ut in primis uideat, & conſide-
ret libellum ſeu petitionem Actoris, & actionem , ſeu remedium
per illum intentatã,& intentatum,& conſideret quot requirantur
& quæ probare debet ipſe actor,ad hoc ut poſsit obtinere in tali
actione, ſeu remedio:recurrendo etiam ſi opus fuerit ad practi-
cos Doctores qui ſcripſerunt practicas Iuditiales putà ad Rofre-
dum Beneuentanum in tractat.libellorum.ad Practica Papienſem
ad Speculatorem,& ad Angelum Areti.& Iaſonem in tit.de Actio
nibus,in quo ipſi ambo ponnnt multas formas libellorum in di-
uerſis actionibus & remedijs, & ſcribunt ſatis late ſuper illis, &
ſucceſsiuè cognitis prædictis uideat Articulos,& poſitiones factas
& productas,& an ex illis & teſtibus exinde examinatis & ex in-
ſtrumentis,& ſcripturis productis ipſe Actor probauerit intentio-
38 nem ſuam, uel non † quia ſi non probauit illam certè non erit ul-
terius elaborandum iuxta regulam iuris notiſsimam, de qua in l.
qui accuſare C.de edendo:quæ habet ꝙ actore non probante reus
eſt abſoluendus,& ſi nihil præſtiterit. quod ampliatur ut proce-
dat etiam ſi reus conuentus actione reali eſſet prædo uel intru-
ſus. Et ſi in actione perſonali nihil conſtaret de iure ſuo per tex-
tum notabilem ad hoc propoſitum in l.fin.C.de rei uendic. ex quo

39 deducitur illa concluſio, quòd metimur ius † in iudicio ex perſona
actoris non autem ex perſona rei, uel alia, ſcilicet quòd non conſti-
to de iure actoris non eſt curandum de iure rei.

Si uerò iudex uiderit eſſe probata extrema ſufficientia ad fun-
dandam intentionem actoris: in actione, ſeu remedio intentato.
40 † Et tunc recurrat ad exceptiones rei: & uideat, an ſint tales † quę
41 de iure repellant, & confundant intentionem ipſius actoris, uel il-
42 lam elidant, an uero ſint ineptę, quia exceptio † dicitur eſſe libel-
lus Rei & in ipſa exceptione reus dicit Actor, & illa uitiatur pro
pter ineptitudinem ſicut libellus actoris. Oldra. conſi. 106. in cau
43 ſa &c. & ideo, qui ineptam proponit † exceptionem habet ſuccum
bere: ut inquit Mayner. in l. fauorabiliores ff. de reg. iur. col. prima,
ubi etiam dicit, quòd ſi eſt dubia, eſt interpretanda ad fauorem rei
quia aliud eſt, quod ſit dubia, & aliud, quod ſit inepta, & dici-
tur inepta. Et non obſtare ſi neceſſariò non concludit, Ita firmat
Bal. in l. duobus §. ſi quis ff. de iureiuran. ſed tamen ſecundum ip-
44 ſum ſufficit ſi concludat † iuris præſumptione: quia illa dicitur li-
quidiſsima probatio: & uide Bal. in l. titię textores ff. de leg. primo
ubi etiam alij in materia ſcribunt. Sciendum eſt ultra prædicta
45 quòd exceptio † obſcura habetur pro nulla: & dicitur obſcura,
ubi non poteſt clarè, & bene intelligi. Ita Bal. poſt Iacob. de Are.
in dicta l. Titiæ textores, in principio. ubi uide Imol. in ſecundo no
tabili in uerſ. & ex hoc etiam nota, qui expreſſe dicit, quòd paria
ſunt non excipere, uel obſcurè excipere. Et reprobat practicam
communem aduocatorum proponentium certas, exceptiones, &
poſtea ſubijciunt, quod omnes alias ſibi competentes opponunt,
46 † quia illa clauſula nihil operatur ſecundum eum, quem omnino
uide. Et an generalis exceptio dicatur obſcura uide Alex. remiſ-
ſiue in d. l. Titiæ textores. in primo notabili. ubi refert Angelum di-
centem, quod id, quod dicitur exceptionem generalem non releua
47 re, eſt uerum, quando † quis opponit, aliàs procederet: ſicut dici-
mus in libello, Vide eum ibi, & poſt ipſum Iaſ. num. 15. & Areti.
inſtit. de exceptio. colum. 17. uerſic. ſecundò circa hoc eſt uiden-
dum &c. Et de materia bene per Pariſ. conſi. 67. in principio in pri
mo uol. & ſi uis habere ſatis notabilem diſcurſum in hac materia
exceptionum generalium, contra libellum, & replicationem de ge
neralitate, obſcuritate, & incertitudine libelli exceptionum, & re-
plicationum, & de modo procedendi, & de arbitrio iudicis in co-

gendo

gendo actorem ad declarandum libellum, & reum ad declarandā
48 exceptionem, ac de aliis † in hac materia in practica notabilibus: Vide ſingulariter,& egregiè per Cæpol.in tract.de ſimulat. contract.in præſumptione 26.tertij caſus principalis,& dominum Bero.in cap.ſolicitè.de reſtitu. ſpoliatorum num. 3. & quando illa
49 clauſula elidit † gnalia uel contra proſit,vide Veſtrium in pract. fol.107.in primo latero,& dominum Hyero.Gabri.aduocatum curialem.in conſ.40.in fine:quia hodie iſte modus excipiendi eſt in uſu ēt hic Bononiæ:& quia per notata à dd. Veſt. & Gabriel. declarantur dicta per Aret.in tit.de exceptio.in inſt.in principio col. 19.in uerſ.unde ſi datur terminus &c.licet etiā ipſe declaret,ut ibi, & multa notanda in materia obſcuritatis habentur per Fely.in ca. de Simoniace in princ.extra de Simonia. Et ubi inuenerit ipſe iudex exceptionem rei ineptam ſiue nimis generalem, & obſcu-
50 ram & ſic propter huiuſmodi defectus inadmiſſibiles de iure, ita quòd propterea dici poſsit non excludere, nec elidere intentionem actoris,& illius petitionem: non uideretur ulterius quærendum de iure ipſius rei,ex quo tunc remaneret eius intentio,& petitio inconcuſſa.

Eſt tamen aduertendum ad aliqua in hac materia pro illius declaratione.

Et primò quòd licet excipiens plura deduxerit in ſua exceptione,quorum quodlibet ad uictoriam ſuam ſufficit,ſat eſt quòd unū
51 † tantum probet,ut per Doctores in l.interpoſitas.C.de tranſactionibus.

Secundò,quòd quando fuit in exceptione narratum factum ex quo ius excipiendi reſultet,licet concluſio apta facta non fuerit.
52 † Tamen ſuper ea erit iudicandnm,& maxime quia hodie de ſtylo in calce ipſius exceptionis apponitur illa clauſula ſalutaris uidelicet,ſuper quibus omnibus, & ſingulis peto mihi ius, & iuſtitiā miniſtrari.quæ eſt magni effectus,in tantum,quod dicunt Docto-
53 res;† quod ubi Actor,uel illius procurator,ignoraret remedium, uel actionem ſibi competētem: ſatis eſt quòd narret factum, & po-
54 ſtea ſubijciat illam clauſulam ſalutarem,† quia tunc talis libellus non reijcit propter defectum concluſionis: ſed ſuper narratis in eo erit iudican.ita firmat Aratin.loquens tamen in libello actoris in §.omnium inſtit.de actio.in ſeptima colum.in uerſi.ſed unum tene menti perpetuò,quod quando ignoras &c. & ibi dominus Iaſ.

ſequi

ſequitur, quod ſi hoc procedit in libello, multò fortius habebit locum in exceptione; quia eſt fauorabilior libello: ſicut Reus eſt fauorabilior Actore, & ob id dicebat Mayner. in l. fauorabiliores, ff. de reg. iur. in prima colum. quòd in dubio exceptio eſt interpretan
55 da † ad fauorem Rei, & facit l. ſi quis intentione ambigua. ff. de iudicijs, quæ habet locum etiam in Reo, ut colligitur ex ſcriptis ibi per Bal. in pluribus locis ſui commentarij.

Tertiò quia ſufficit ſi ipſa exceptio concludat iuris præſumptione: quia illa dicitur liquidiſſima probatio: ut per Bal. in d. l. duob. §. ſi quis. de iureiuran.

Quartò quod actoris intentione clarè probata & exceptione
56 Rei † non clarè, & non concludenter probata: Reus debet ſuccumbere. Ita Alex. in l. ex facto. §. ſi quis autem. num. ultimo. ff. ad Trebel. Dec. in l. non uidetur. colum. ſecunda, num. quarto, ff. de regu. iur, & qualiter hoc dictum intelligatur ponit Alexan. uidendus in conſil. 134. in ſecundo uolum. colum. ſecunda, ubi quòd non habet locum, quando probatio Rei eſt de directo contra probationem Actoris. Et quòd exceptio per eum plenè, & perfectè probari debeat, ita quòd neceſſariò concludat, in ſua ſpecie, & forma, firmat Crauet. conſil. 201. nume. 291. ſatis tamen eſt quod præſumptiuè concludat iuris præſumptione, (vt dixi ſupra) in proximo uerſi.

57 At ubi iudex inuenerit † libellum, ſeu petitionem Actoris concludentem, & probatam, & ſimiliter Reum probaſſe ſuam exceptionem, tunc deuenire debet ad diſcutiendum probationes factas hincinde, uidendo, & reuidendo inſtrumenta producta, & teſtes examinatos hincinde, ac confeſſiones, ſi quæ factæ reperiuntur in ꝓceſſu ſiue reſpondendo poſitionibus, ſiue reſultantes ex ſcripturis in cauſa productis, iuxta ea, quæ dixi ſupra in præſenti tractatu, & uideat, an fuerit petitum iuramentum in ſupplementum per aliquam partem in proceſſu, & an ſit locus delationi eiuſdem, & in effectu diligenter cuncta rimando, & inueſtigandò conſideret funda
58 menta † rationes, & iura utriuſque partis, & ea omnia pro uiribus memoriæ mandet, quia ad hoc tenetur de iure: iuxta text. cum ibi notatis per Doctores, maxime Modernos in l. ſecunda, C. de edendo, & in ca. iudicantem 30. quæſt. quinta, ubi eſt tex. pulcherrimus in quo adeſt illud uerbum (oportet) quod regulariter neceſſitatem induci t: & uerba eius ſunt hæc; iudicantem oportet cuncta rimari,

&

& ordinem rerum plena inquiſitione diſcutere, & cætera, quæ ibi
ſequuntur, habenda ſemper per iudices ante oculos, & ibi etiam
adſunt bonæ gloſſæ ex quo text. & gloſſ. prædictis, iudex po-
teſt colligere quænam per eum ſeruanda ſint, antequam ad
ſententiam ferendam perueniat, & peruenire poſſit cum honore
ſuo,& hoc etiam ad effectum,ut poſtea uiſis, & auditis allegatio-
nibus ipſarum partium: tam in facto quàm in iure: poſsit illas me
59 lius percipere,& intelligere ad quod principaliter † fit iſta prima
uiſio,& examinatio proceſſus,& actorum. Deinde habitis informa
tionibus facti, & iuris à partibus uel earum procuratoribus, & ad
uocatis,& illis etiam ſi opus fuerit in uoce auditis quantum ei ſuf-
ficere uiſum fuerit, officium ipſius erit omnia bene conſiderare, &
in primis: An in facto ſint concordes conferendo illas cum pro-
60 ceſſu & actis † & quatenus ſint diſcordes in facto recurrat ad pro
ceſſum & acta,& eliciatur ex illis ueritas: quia hoc eſt maximæ im
portantiæ: ut ſcilicet bene uideatur & intelligatur factum; quia ex
61 illo † ius oritur. l. ſi ex plagis. §. in cliuo. ff. ad l. Aquil. & ex modica
62 mutatione facti totum † ius mutatur, ut inquit Spec. in tit. de ad-
uocato. §. nunc tractemus, in uerſi. & facti ignorantia &c: Poſtea
63 bene cognito & intellecto facto; ſciat, quòd ipſe iudex, debet † ſe-
qui ueritatem ex fide eorum, quę probantur; iuxta conſilium iuriſ-
conſulti in l. illicitas. §. ueritas. ff. de officio præſid. non obſtante ali
quo errore commiſſo; per patronos cauſæ in formando proceſſum
64 † ſeu in notando & per Tabellionem actuarium in ſcribendo
acta: ut iuriſconſ. docet in d. §. ueritas. Et inquit Socin. iun. in con-
ſil. 112. in primo uolum. in ſecunda colum. in uerſ. quantum ergo
&c. quod teſtatoris opinio, aut aſſertio tacita uel expreſſa non po
65 teſt alterare ueritatem, ſi ei refragatur, & contradicit. Quoniam
66 ueritas quomodocunque cognoſcatur † debet ſemper attendi, &
præualere. l. fin. in fine. ff. de probatio. illa enim geſtorum errorib.
& falſa aſſeueratione, numquam tollitur aut uitiatur. ut l. cum fal-
ſa. C. de iur. & fact. ignoran. ſubdens etiam, quod ob eam cauſam
dici ſolet: iudicem debere omnibus modis laborare, ut ueritatem
67 quærat. † Et poſtquam eam inuenit illam ſequi omnino debet,
allegat tex. in l. fin. C. ſi pignus pign. dat. ſit: & tradita in l. ſecunda,
68 C. de edendo. Et Alberi. plurima de † ueritate congerentem. in l.
cum ita legatum. ff. de condi. & demonſtra. Quibus ſic per eum
adductis, Addo Dec. in cap. quoniam contra. de probatio. col. 2.

num.

num. quarto, uiden. Et dominum Rolan. à Valle in conſ. 47. in tertio uolum. colum. prima, num. nono, & in colum. ſecunda, uſque ad medium illius, adducentem Angelum, Alexan. Dec. Marſi. & Caſtren. ut latius ibi per eum. Et laudo ego, quòd ad commendationem ueritatis & ad illam libentius quærendam, inueniendam, & ſequendam, præſertim in iudicando, iudex uideat, & reuideat ſæpe Albericum in d. l. cum ita legatum, per totum eius commentarium ſcriptum per eum ſuper dictam legem, & præſertim ſub nu. 10. & ſub nu. 17. ac et ſub nu. 11. ſub quo præcisè ait, quòd ueritas
69 non mutatur† ſubtilitate iuris, quod eſt notandum, de qua ſubtilitate latius infra dicetur.

Hac digreſsione non ab re, neque inutiliter facta, redeundo ad propoſitum: dico, quod ad corroborationem eorum, quæ dixi ſu-
70 pra oſtendendo iudici quo ordine, † & qualiter debeat uidere proceſſum, & acta: poterit uideri Petr. de Anchara. in conſi. 331. uiſis diligenter actis, & actitatis &c. ubi inquit, quòd ex ordine regulari principaliter inquirendum eſt, utrum ille Americus, qui erat actor in caſu ſuo aptè egerit, & ſi agere potuerit: & ſi aptè utrũ plene probauerit, ſi enim in altero prædictorum defecerit, abſoluendus eſt Reus, dicit ipſe dominus Petrus. Et idem (ſecundum eum) ſi actor obſcure probauerit, & cætera, quæ ſequuntur: ubi ponderat, quod non dicitur aptè egiſſe, quia in caſu illo, erat deponendum prætium, uel realiter offerendum in iudicio, ſed duntaxat uerbotenus ſe obtulerat ſoluturum: ex quibus dictis infero: quòd iudex debet animaduertere dum uidet proceſſum ad iſtas qualitates, & circunſtantias. Et certe illud conſilium eſt benè uidendum, & ponderandum per iudicem, quia hoc modo poterit cognoſcere qualiter iſtæ circunſtantiæ, & coniecturæ requiſitæ ſint attendendæ ad iuſtitiam miniſtrandam, & qualiter teſtes examinati, & eorum perſonæ ſint ſubtiliter conſiderandæ, & ſimiliter eorũ dicta. Et an ſint ueriſimilia, & conuenientia naturæ negotij, de quo deponunt. Et qualiter uerba teſtium ſint prolata. An per uerba æquiuoca, dubia, & non concludentia: quia cum dubium eſt an intentio actoris efficaciter ſit probata, uel non, debet Reus abſolui fauore liberationis. l. Arrianus. ff. de actioni. & obliga. & ut latius colligitur ex ſcriptis d. conſ.

Sciat etiam iudex, quod ad eius officium pertinet antequam ſe accingat ad ſententiam proferendam, & antequam ſibi plene, & perfe-

perfectè liqueat de cauſa,puta ante ſecundam uiſionem proceſſus, & actorum & diſcuſsionem dubiorum laborare omni induſtria,&
71 conatu,ut reducat partes † litigantes ad concordiam, perſuadendo illam ipſis partibus, & multis rationibus uten. & proponendo
72 † ſemper cuilibet parti ea,quæ ponderari,& adduci poſſunt contra ipſam partem,illiſque demonſtrando, quòd ſatis lucratur qui a lite recedit propter dubium litis euentum: & quia intolerabiles expenſæ, labores, anguſtiæ, & perditio temporis irrecuperabilis euitâtur, atque etiam alia damna, & præiuditia expreſſa per Neuiza.in ſylua nuptiali lib.6.num.octauo, ubi in terminis loquitur, & etiam in numeris ſequentibus fol.238. ut ſic facilius acquieſcât cõcordiæ,nec dubitet de ſportulis,& illarum amiſsione,quia poſt quam proceſſus fuit concluſus, & concluſum fuit in cauſa, & ipſe
73 iudex † illum uidit & examinauit, & partes audiuit (ut ſuprà) ſi ſequatur concordia, ſibi debentur ſportulæ duplicatæ: ex quo fuit auctor tam boni operis, nec partes debent ęgrè ferre ſic ſoluere
74 dictas ſportulas:quia ut dixi lucrantur ſatis † à lite recedentes,p concordiam initam mediante opera, & induſtria ipſius iudicis,facit Bero.in conſilio 176.in primo uolum.nume.23.qui loquitur in terminis tranſactionis,& illud dictum adducit uidelicet,quod ſatis lucratur &c. hæc omnia deducuntur,& probari poſſunt ex textu in cap. fin.de tranſactio.cum ibi notat.per gloſ.& Doctor. facit tex.in l.æquiſſimum.ff.de uſufruct. & ad hoc multa poſſem allegare, quæ breuitatis cauſa omitto. Et licet poſſint partes ſuaderi,&incitari ad concordiã per iudicem,ut ſupra,&ut inquit Iaſ. in l.quidam ęſtimauerunt.ff.ſi cert.petat.colum.ſecunda,nume.3.
75 notab.ultimo. Tamen regulariter † non poteſt ipſas partes cogere ad concordiam: nec ad faciendum compromiſſum de iure communi,ut dicit ibi Iaſ. ſub num.quartò, & ponit Neuiz.in d.ſilua nuptiali fol.139.num.14.ubi alios allegat. Quæ regula fallit,
76 quando † partes diu litigaſſent, & cauſæ eſſent dubiæ. Itẽ quando adeſſet timor futuri ſcandali, & ne partes deuenirent ad arma.
77 Item fallit in ſupremis † iudicibus,ut per Iaſ.in loco ſupra citato in tertia colum. Et quandoque adſunt ſtatuta ciuitatum, & locorum diſponentia partes præſertim ſanguine coniunctas poſſe cogi ad compromittendum.

Præterea ad eundem iudicem ſpectat ad effectum ut melius inueniat ueritatem,poſtquam ipſe uidit,& examinauit proceſſum,

&

& per uiſionem & examinationem huiuſmodi potuit ex perſpicacia ingenij ſui cognoſcere: in quibus punctis conſiſtat pondus cau
78 ſæ, & cognitio ueritatis. Dare † dubia partibus, uel alteri earum prout uiderit expedire, quę etiam motiua appellantur, ſeu puncta ſecundum diuerſitatem locorum, quæ ſolent dari aduocatis diluēda, ſed in hac ciuitate dantur procuratoribus, qui ut plurimum funguntur uicibus aduocatorum, ut inquit, & atteſtatur Marſil. cū non modica laude olim &c. Melchionis de Zanetis dudum cauſidici Bonon. in ſing. 272. & de quibus dubijs, ſeu motiuis, uel punctis habetur per Lancell. in dicto tractatu de Prætore, lib. primo, §. ſecundo cap. 9. ſub rubrica de allegationibus, & motiuis pagina 178. ubi ſub num. quarto, dicit quòd inoleuit mos non inargutus, ut iudices hæc faciant, prout ipſi ea facere tenentur more Reuerendorum Dominorum Auditorum Rotæ ſacri Palati Apoſtolici, à quibus alij iudices omnes aliorum locorum normam ſumere de-
79 bent, non autem uelle † quòd partes ſuper illis inter ſe concordent: ut dixi ſupra capite 8. num. decimo, & ibi rationem aſſignaui. Nunc autem addo ibi dictis eſſe aduertendum per iudicem dubia formantem, ut cupiat illud per cuius diſcuſsionem tota cauſa decidi poteſt iuxta tex. cum ibi notatis in cap. ſi fortè. de electio. in ſexto, quia ut dixi debet ſemper curare & facere omnia propter quæ cauſa citius expediatur, & procedere ordinatim per paſſus ſine confuſione, ut per Dominum Antonium in cap. ex literis. lo primo. de ſponſalibus, in principio nu. quarto, iudices itaque poſsunt
80 aſsignare † tempore dationis dictorum dubiorum aliquem competentem terminum illi cui dubia tradet ad ſibi dandum reſolutiones ipſorum dubiorum, ſiue motiuorum punctorumve huiuſmodi, quib. reſolutionib. habitis, tunc iterum neceſſe eſt iudex reuideat proceſſum, & denuo in eo deducta examinet ad effectum iudicandi & cauſam expediendi, & ideo cum maiori maturitate,
81 & induſtria habebit illum, & omnia acta, & geſta repetere, † & in aliquibus folijs deſcribere in ſubſtantia perquam breuiſsime contenta in proceſſu, & actis, ac geſtis ipſius cauſæ, ut ſic facilius ea omnia poſſit mandare memoriæ, & ad libitum breui tempore reuidere, prout etiam dubia data per ipſum, & reſolutiones ipſorū diligenter perpendere debebit, & uidere in fonte deducta, & allegata in reſolutionibus huiuſmodi; an uera ſint, uel potius ad balliſtam allegata, ut monent Domini Auditores Rotæ in deciſio. 804.

in antiquis, & in eiſdem deciſ. 760. & ita fieri uidi plures dictos extractus in ſubſtantialibus per plures iudices expertos in arte iu
82 dicandi: ſed ego magis laudarem, quòd iudex deſcriberet † illos in libro ſpeciali, & iuxta ſeriam alphabeticam diſpoſito, ut facilius poſſet inuenire ea, quæ extraxit ex proceſſu, & actis in ſingulis
83 cauſis. Laudo ēt, ꝙ ſi iudex uiderit adeſſe † plures rōnes hincinde ꝓ utraq; parte accipiat foliū, & illud aperiat, & in eo deſcribat rōne & cauſas faciētes, & militantes pro una parte ab uno latere dicti folij, & facientes pro alia parte ab altero, prout aliquando uidi fieri, & feci. Nam habemus quòd pro illa parte iudicandum eſt,
84 † quæ habet plures rationes, & potiora iura pro ſe, ad quod allegatur tex. in cap. ſuggeſtum. de decim. & firmat Mantu. in conſilio 256. in ſecundo uol. num. 6. Et Roman. in conſ. 477. in tertia col. num. 8. uerſ. ad hæc accedat. ubi alia allegat. Et aduertat ipſe iu-
85 dex, † quoniam ſi habet iudicare cum aliquibus ſuis collegis puta: quia ſit Auditor in aliqua Rota, ſeu quia cauſa ſit cōmiſſa per principem, uel ſuperiorem ipſi, & aliquibus alijs coniunctim & ipſe ſit cognitor, ſeu ut Romæ inquiunt, ponens, neceſſe erit memoriæ commendare ſubſtantialia proceſſus, & actorum coram ipſo factorum, & ea omnia referre plenè cæteris iudicibus atque etiam fideliter, & ordinate, ut omnes collegæ poſsint intelligere, & compræhendere factum: & iſto caſu animaduertat, ut factum pure, & ſimpliciter, ac modeſtè referat: ne ex uerbis, uel geſtis, aut motione corporis uideatur detrahere iuribus alterius
86 partis: dum forſan alteri fauere uellet: quia ſcire debet, † quòd alij audientes relationem, & inſinuationem huiuſmodi ſic per eum factam, poſſent animos ſuos uertere ad credendum talem partem fouere malam cauſam, & mala impreſſio in eorum cordibus exinde fieri poſſet, nempè, quia iudicium uerum reddit enaratio uera. Neuiz. in Sylua nup. fol. 233. num. 120. ſic igitur è contra. Quod eſt notandum contra illos, qui dicunt, quòd cognitor cauſæ nocere non poteſt, quia non habet uotum: & propterea inferunt non eſſe curandum habere in cognitionem magis unum, quàm
87 alium, quod minime uerum puto † quandoquidem in proceſſu, faciendo decreta, in obſeruatione terminorum in iſtis partibus, in quibus non habentur termini ſubſtantiales ſtilati, & uniformes, ut in Rota Vrbis habentur, poteſt multum fauere vni parti, & alteri nocere. In relatione uero cauſæ collegis ſuis facienda ubi-

que

que obeſſe poteſt,ut patet. Et quia caſu,quo uota aliorum collegarum eſſent diuiſa,& paria hincinde ipſe poteſt adhærere cui parti uelit. Hinc dicere ſolemus frequenter & dicunt doctores noſtri, multum prodeſſe habere iudicem propitium: ut docet Ripa in repet.l.quominus.de fluminibus.num.60. & Imol. in clem. prima,de dolo,&contumatia.num.15.& Iaſ.in l.de qua re.de iud.
88 ubi ait quòd ſi articulus † eſt dubius, dicitur eſſe articulus pro amico, facta igitur relatione in caſu, & caſibus prædictis, & facta diſcuſsione in caſu quo ſit ſolus iudicaturus, ipſe iudex debebit diligenter,& totis uiribus ingenij ſui conſiderare, & trutinare
89 omnia occurrentia † & conſideranda, ac trutinanda, ad effectum deueniendi ad expeditionem cauſæ, & prolationem ſententię, & antequam ad iſtum actum deueniat, bene cogitet die noctuque:
90 ut recordetur,quòd onus † iudicandi eſt graue propter magna pericula ipſi Iudici imminentia de quibus in cap. cum æterni.de ſententia & re iud.lib.ſexto,cũ ibi notatis,& plura ponit Neuiz.in d.Sylua fol.230.Non .n.debet iudex incedere ad iudicandũ pede plumeo ſed pede plumbeo, quia in iſto actu requirit̃ magna cauſæ cognitio,& examinatio,ac veritatis inquiſitio. Et ſcimus,ꝙ tem
91 pus † eſt pater veritatis inquiſitio. Et ſcimus, quòd tempus † eſt pater veritatis,& dicit glo.in prohæm.inſt. quòd tempore indigemus,ut aliquid maturius agamus,quæ uerba ſunt textus in ca.pon
92 deret.in principio.50.diſt. feſtinantia † enim dicitur eſſe nouerca Iuſtitiæ,& ideo pedetentim eſt procedendũ. conſilio namque huic actui neceſſario duo ſunt multum contraria, uidelicet feſtinantia, & ira,ultra Amorem, timorem,præces,prætium,munera,aliaſque
93 humanas gratias. Iuditium profectò difficile † eſt,ut inquit Hyppocrates in ſuis Aphoriſmis in principio. Et ideo ad illud magnæ mentis opus eſt,& non eſt agendo ut aliqui agunt,qui ad pauca reſpicientes de facili enuntiant,vt ego pluries uidi,& expertus fui, eſt enim iſte modus contra doctrinam iuris,& ſacrorum canonum,ut patet ex lectione textus in d.cap.ponderet,& iurium allegatorum per Specul.in tit.de iudice delegato.in §. ſupereſt uidere uerſ.Item,quòd nimis ſuæ prudentiæ &c. num.18. fol.18.ſecundum paruam impreſsionem,& per Lucam de Penna in l.his tantũ modo.C.de curſu publico lib.12. in prima col. in uerbo feſtinant.
94 ubi inquit quòd nihil cum feſtinatione † agendum eſt, quia illa animum præcipitare dicitur,& ideo punitur,nec aliàs eſt prœmio

digna

digna,nàm ſemper improuida eſt,& cæca: ſecundum ipſum dominum Lucam ibi.

Caueat etiam pænitus iudex à nimia † ſubtilitate uerborum, iuxta conſilium Imperatoris in l.unica.C.ut actio.ab hæred.& contra hæres incip.ubi glo.ultima,nam ut inquit Alberi. in l.fin.C.de legibus in primo notab.deridendi ſunt, qui uanas ſubtilitates inueniunt, allegat.l.ſed an ultro.§.primo. ff.de negotijs geſtis. & l. differentia.ff.quibuſmodis pignus tacitè contrahatur. Et genera-
96 liter,quòd iudices ſubtilitates † non admittant,eſt tex. in l. ſicut. §.ſi debitor.ff.quibus modis pig.uel hip.ſolua.quem textum allegat glo.ultima in cap.primo. Epiſcopum uel Abbatem.in Vſibus feudorum, quæ multum inuehitur. contra ſubtilitates & illas adducentes,& eſt pulcher tex.in l.ſi ſeruum.§.ſequitur, ff.de uerbo. oblig.ubi dominus Alex.in tertio notab. dicit,nota ſecundum Pe-
97 trum,quòd errant, † qui ſequendo ſubtilitatem iuris relinquunt æquitatem, quod dictum propriè conuenit iudicibus, pro quo etiam ibi Iaſ.ſub num.4. qui dicit,quòd errant,qui ſequuntur ſubtilitates iuris ſtricti,& diſcedũt ab æquitate,& poſt Commenſem ait,ꝙ ille text. ſemper eſſe deberet in oculis iudicare debentium,
98 † nam plerique capitoſi nolunt diſcedere ab aliqua regula generali iuris, cum tamen interpretanda ſit per æquitatem, per quam ſolum poteſt à regula iuris diſcedi,& inter alia allegat dictum textum.in d.l.ſicut.§.ſi debitor. ff. quibus mo. pig. uel hip. ſol. in quo tex.expreſsè dicitur,quòd ſubtilitates à iudicibus non admittuntur. Et allegat Bal.dicentem,quòd nimiæ ſubtilitates ludibrium
99 appellantur,& quòd ipſe Bal.exclamat contra † nimiam ſubtilitatem,quia Veritatem uulnerat.& allegat alium textum ualde nota-
100 bilem contra habentes conſcientiam nimis ſubtilem † quòd non excuſentur a damno pecuniaria licet excuſentur à dolo.

Limitat tamen Iaſ.ibi ſub num.5.dicta ſupra per eum, quando
101 eſt ſubtilitas † ueritatis inueſtigatiua: quia illa à iure commendatur.cap.capellanus.& ibi glo.& Abb.extra de Ferijs,& dicit diſtinguendo eſſe in hac materia,ut per Abb.in cap. dilecti. in tertia col.de iudicijs,& in hac re uideatur Soc.Iun.in l.cum filiofam.numero 15.in uerſ. Caue tamen.ubi inquit, quòd nimia ſubtilitas à iure reprobatur,& ſubdit,ꝙ ſunt pleriq;,qui nimia ſubtilitate ueri-
102 tatē ipſam obumbrantes † quærunt ſapere plusquam oporteat: mandans iſtos euitari, tanquam ſcopulum: ſi quidem eorum nimia;

103 mia,& maligna † ſubtilitas rem ipſam ad pernitiem facile deducere poteſt: iuxta dictam d.l.ſi ſeruum §.ſequitur. Et quòd ideò
104 dici ſolet,quòd ſimplicitas † eſt legibus amica.§.ſed quia ſtipulationes.inſt.de fideicommiſ.hæred.illa igitur ſubtilitas lau datur (ſecundum eum) quæ in iuditijs ad ueritatem perquirendum adhibetur.cap.primo,de collu.detegenda & cap.in cauſis,de re iudicata,& de his etiam uide Bal.in l.ſecunda,C.de bonorum poſſeſ.contra tab. col.penult. in principio,& late per Iulium Clarum in §.teſtamentum quæſt.77.fol.86.ſecunda facie, Curt.ſen.in conſi.91.dicit,quòd cum illa opinio , de qua ibi loquuitur Clar. ſit æqua (ut
105 omnes fatentur) certè illa in iudicando tenenda † eſt: quia multoties errant homines diſcedentes ab æquitate: ubi illa locum habere poteſt: ſequendo ſubtilitatem, referrendo uerba Angeli monentis,quòd caueant iudices , ut quando ſequi poſſunt æquiorem ſententiam,ne rigoroſam amplectantur,quia pernitioſè errarent, & de hac re , uidendus eſt Areti.in d.§.ſequitur.in tertia notab.
106 ubi monet iudicem conſultorem , & aduocatum † ut adhærere debeant opinioni habenti æquitatem, & allegat tex. qui hoc dicit,uidelicet,quòd iudex debet habere æquitatem ante oculos in l.quòd ſi ephesi.in fine.ff. de eo quod certo loco . Et poſtea quærit de eleganti,& practicabili queſtione,quid ſi committitur iudici,quòd iudicet de æquitate, utrum poſſit recedere a iuris diſpoſitione, quæ inducitur ſecundum iuris rigorem,& illam expedit per tres concluſiones, quæ ibi uideri poſſunt , ideo illas non refero breuitatis cauſa . Idem Aretin.in conſ. ſuo ultimo,in ſecunda col. inuehitur
107 contra quoſdam cauillantes leges † nimia ſubtilitate cõtra quos allegat dictam l.ſi ſeruum.& dominus Antonius in c.dilecti.de iudicijs,in ſecunda.col.in ult.notabili,poſt Hoſtien.quem allegat, dicit prouidendum eſſe,contra aduocatos cauilloſos,iura peruerten
108 tes,quibus occurrere † debet iudex (ſecundum ipſum ,) & poſtea ſubdit in prima oppoſitione,quod quædam ſunt ſubtilitates,
109 quæ † reprobantur,quibus utuntur cauilloſi ad ſimplices decipiendos in iudicijs,quædam uero rationabiles, quæ cõmendantur, & plura alia in materia adducit omnino uidenda.

110 Modo ex ſupradictis colligitur,quòd ſemper iudex † æquitatis rationem habere debet , ſicut ueritatis, & ipſam ueritatem cum æquitate coniungere,& nimiam ſubtilitatem reijcere, & hoc modo cum iſto temperamento ad ſententiam diffinitiuam deuenire.

Et

Et tunc imitabitur Deum optimum maximum, qui iudicat populos in æquitate, ut habetur in pſalmo. 66. in uerſ. lætentur, ex
111 ultent gentes quoniam iudicas populos in æquitate, & gentes in terra dirigis. Et de ueritate ſcriptum eſt per Prophetam in terminis. Qui cuſtodit ueritatem in ſæculum fecit indicium iniuriam patientibus &c. Vt in Pſalmo 145.

Et quia ſupra dixi quòd iudex debet laborare, ut partes ad concordiam, & compoſitionem reducat. Nunc addo, quòd ſi vult uidere quomodo cautè, & ſalua conſcientia propria id facere poſſit, & debeat uideat Petrum Rauen. in ſuo compendio iuris Canonici ſub rubrica de tranſactio. in col. penult. fol. mihi 422. in prima facie.

112 Et inſuper attendere debet ipſe iudex † ut cum habet plures cauſas in procinctu illas expediendi, debet primo expedire cauſam pauperis, quàm diuitis, iuxta glo. in cap. imprimis in principio ſecunda quæſt. prima, quam pro ſingulari allegat Pet. Rauen. in d. ſuo compendio iuris Canonici, ſub tit. de cenſibus. in antiquis, ubi etiam allegat aliam gloſſ. ad hoc, quem dicit ſingularem in l. qui filium §. Sabinus ff. ad trebel. Et alia dicit in fauorem paupertatis. Et contrà diuites. Et pro pauperibus, & qualiter dominus ſit illo-
113 rum † refugium uideatur pſalmus nonus ibi, & factus eſt refugium pauperi, adiutor in opportunitatibus, in tribulatione. Et ibi non eſt oblitus clamorem pauperum, ac ulterius: ibi, quoniam nõ in finem obliuio erit pauperis, patientia pauperum non peribit in finem, & ibi, tibi derelictus eſt pauper, Orphano tu eris adiutor. & ibi, deſiderium pauperum exaudiuit dominus, & pſalmo 40. Beatus uir qui intelligit ſuper egenum, & pauperem &c. Nimirum ſi canones, & leges quoque multa priuilegia etiam in iuditialibus
114 paupertati concedunt de quibus per Albe. multa ponentem, in l. ſi quis ad declinandum. C. de epiſcop. & cleric. & per Lucam de Penna in l. fin. C. de his qui numero liberorum, uel paupertate excuſationẽ merue. lib. 10. ubi eadem de quibus per Albe. ubi ſupra annotauit. Et alia ipſe addidit, ad quem propterea, ubi opus fuerit, recurrendum erit.

SVMMARIVM.

1 *Iudex poſtquam uſus fuit laboribus, & diligentijs ſuperius deſcriptis: ſi eſt reſolutus quòd iuſtitia eſt pro una parte: debet animoſe pro ea ſententiare.*

2 *Iudex ſi poſtquam laborauit & diligenter uidit proceſſum ad effectum iudicandi non erit reſolutus tunc adhibenda ſunt remedia de quibus, hic.*

3 *Iudex dubitans pro qua parte ſententiam ferre debeat propter perplexitatem iuris: debet accerſere peritos & amicos fideles doctos & expertos & cum illis deliberare.*

4 *Intellectum & ingenium eleuatum habentes licet parum ſapientes in iure, quandoque ſciunt diſcutere acutius unum caſum, & illum decidere quam ſapientes.*

5 *Barbatiæ & Socini exempla conferendi aliquos caſus ſubtiles per eos conſulendos, cum perſonis illitteratis ſed accutiſſimi ingenij, referuntur.*

6 *Communem opinionem allegant, qui non intelligunt quæ nam ſit communis opinio.*

7 *Communem opinionem tractantes, quamplures allegantur & alij adhuc adduntur per Neuiz. loco de quo hic.*

8 *Communium opinionum tractatuum compoſitores ultra Neuiz. hic referuntur.*

9 *Arbitr. iudicibus amplum tractatum de illis compilauit Excellentiſſimus D. Iacobus Menochus.*

10 *Ariſtoteles allegatur a pluribus doctoribus iuris dicens quòd quam paucíſſima iudicibus ſunt committenda.*

11 *Iudicibus hodie licentia eſt iudicandi ad libitum propter conflictum opinionum.*

12 *Tractantibus communem opinionem & magis communium, Doctoribusque atteſtantibus communem opinionem eſſe pro una parte, & alijs ſimiliter atteſtantibus eſſe pro alia parte ſeu magis communem in eiſdem articulis, res deducta uidetur ad unum Chaos.*

53 *Iudex ſi uellet attendere ad hos tractatus de facili poſſet ſe inuoluere, ut probatur ex tractata Antonij Gabrielis communium opinionum.*

14 *Iudex uolens aufugere periculum ſe inuoluendi & incidendi in Chaos: qualiter ſe gerere debeat.*

15 *Iudex inprimis recurrat ad auxilium diuinum & ad inuocationem ſancti*

cti ſpiritus, qui illuminet intellectum & cor ſuum ad recte iudicandum.

16 Iudex purget ſe ſæpe a criminibus, purificet conſcientiam: quia propter peccata neſcimus cauſarum ſoluere dubia.

17 Princeps deberet aduertere ut in iudices eligerent non ſolum peritores, ſed habentes conſcientiam timoratam.

18 Iudex quomodo & qualiter in dubijs iudicare debeat, & quibus opinionibus adhærere: unde hic remiſſiue.

19 Iudex reſolutus de ſententia ferenda, debet illam ferre certam, & claram, & per uerba propria & intelligibilia.

20 Paragraphus (curare) inſt. de Actio, hic declaratur.

21 Iudex ſententiam debet proferre & recitare in ſcriptis ex iuſſu legis regulariter, fallit in caſibus de quibus hic remiſſiue.

22 Iudex debet proferre ſententiam conformem libello actoris regulariter: ſed iſta regula habet plures fallentias.

23 Regula illa, quòd ſententia debet eſſe conformis libello, in ſpecie fallit ubicumque in ipſo libello adeſt clauſula, quare peto ius & iuſtitiam miniſtrari.

24 Iudex non debet deſiſtere quando poteſt proferre ſententiam conformem libello, propter illam clauſulam, peto mihi ius &c.

25 Iudex monetur ut pro honore ſuo ſententiam ferat, & recitet in ſcriptis, ad tollendam omnem ſuſpitionem corruptelæ, & recitantur quæ uidit author in facto.

26 Clemẽtis ſeptimi literæ prohibentes, ne ſententiæ ferantur prout in ſcriptis, cum decreto irritanti, referuntur hic.

27 Sententiæ latæ, prout in ſcriptis poſt datam literarum clementis ſeptimi prohibentium ſententias ferri, pro ut in ſcriptis, ſunt ipſo iure nullæ.

Nec illas iuuat licentia alicuius gubernatoris, ſeu Vicelegati, uel legati ibidem.

28 Clauſula, quæ ponitur plerumque in literis apoſtolicis, quæ incipit, ſublata &c. operatur quòd quidquid fit per quemcunque iudicem dicitur fieri ſine iuriſdictione.

29 Papa eſt maior quocunque ordinario, etiam legato, quia eſt Deus in terris: & gerit uices illius.

30 Inferior ab ipſo Papa quiſquis ille ſit, non poteſt ſoluere legem ipſius tamquam ſuperioris, etiam uigore cuiuſcumque generalis arbitrij.

31 Sententiæ latæ prout in ſcriptis, dicuntur latæ ne dum contra literas apo-

ſtolicas, illas ſic proferri prohibentes, uerum etiam contra leges imperiales, ideo ſunt nullæ ipſo iure.

32 Reuerendi domini Auditores ſacri palatij Apoſtolici ſeruant practicã illam, pronuntiandi prout in ſcriptis ...

33 Reuerendi Patres Auditores ſacri palatij Apoſtolici ſunt duodecim uiri Excellentiſſimi electi per ſummum Pontificem de quibus propterea nullum malum eſt præſumendum.

34 Arguere de maiori ad minorem affirmatiue non poteſt.

35 Papa in præſentia multa fieri poſſunt, quæ fieri nequeunt in præſentia inferioris: etiam ſi eſſet Cardinalis legatus de latere.

36 Renuntiatio ad fauorem certæ perſonæ, poteſt fieri coram Papa ſine labe ſimoniæ, ſecus coram inferiore.

37 Prohibita de iure conſtitutionis, multum differunt à prohibitis iure diuino, & ex ueteri teſtamento.

38 Iudices de partibus non poſſunt æquiparari Reuerendis Patribus Dominis Auditoribus Rotæ ſacri palatij, in excelſa dignitate & ſcientia conſtitutis.

39 Stylus Romanæ curiæ debet eſſe norma alijs iudicibus, aliorum locorum.

Fallit in pronuntiatione & recitatione ſententiarum. ibid.

40 Iudices extra Rotam Romanæ curiæ debent omnino obtemperare legib. & literis apoſtolicis, propter præiudicia quæ aliquando illis euenire poſſent, de quibus hic.

41 Sententiæ latæ prout in ſcriptis ſi declararentur nullæ, iudices, qui illas ſic tuliſſent teuerentur ad damna, & intereſſe parti læſæ.

42 Iudices pronuntiantes ſententias prout in ſcriptis, propter inobedientiam mandati principis incurrerent pœnas, & alia præiuditia de quib. hic.

43 Mandatis Apoſtolicis non optemperans dignitatibus & officijs alienus eſſe debet.

44 Iudex quilibet quando uult per ſententiam cauſam diffinire, debet uti cautela de qua hic.

45 Iudex ſuper non petitis ſeu ultra petita aliquid pronuntiare non poteſt: tamen ſuper omnibus petitis pronuntiare debet.

Non tamen habet neceſse pronuntiare ſuper incidentibus. ibidem.

46 Iudex tenetur procedere et iudicare, ſecundum ſtatuta & conſuetudines notorias loci.

47 Iudex debet iudicare contra communem opinionem, quando caſus legis expreſ-

expreſſus, uel ratio concludens adeſt in contrarium.

48 *Iudex in dubio quibus fauere debet, in iudicando.*

49 *Iudicis conſcientia in iudicando, non debet de ſinu & pectore eius proficiſci, ſed de utero legis.*

50 *Iudex aliquando ſibi facit æquitatem ex ſuo capite, de qua uide hic remiſſiue.*

Et quando & in quibus caſibus poſſit iudicare ſecundum ſuam conſcientiam. ibid.

51 *Iudex ſic proximum & coniunctum & magnum uirum iudicare debet, ſicut extraneum.*

52 *Iudex non debet iudicare contra ſuos: ut uideatur iuſtus, ſicut quidam hipocritæ faciunt.*

53 *Dubia dicitur lex, quando adſunt hincinde Doctorum opiniones.*

Iudex eligens unam opinionem licet malam, non facit ſententiam nullam, quando adſunt in illo paſſu opiniones Doctorum, hincinde, ibidem.

54 *Dubius articulus quando eſt in effectu, dicitur eſſe articulus pro amico, & locus eſt gratificationi.*

55 *Iudicem propicium expedit habere: quia prodeſt in multis maxime in arbitrarijs.*

56 *Aduocati & procuratores male faciunt, exaſperantes iudicem contra ſe.*

57 *Iudex olim dum deputabatur ad iudicandum, tenebatur iurare ſub formis iuramentorum arctiſſimis.*

Hodie uero fuit mutata forma, & multum relaxata. ibid.

58 *Iudices qui ſint qui tenentur iudicare, ſicut eis uidebitur iuſtum, & melius.*

59 *Magiſtratus minores, qui iurant precise ſeruare leges ut poteſtates terrarum, qui iurant precise ſeruare ſtatuta, debent ea tenaciter obſeruare.*

Quod reſtringitur ad cauſas arduas, ut ibi.

60 *Qui ſint maiores magiſtratus.*

VIGESIMVMTERTIVM CAPVT.

Adhibitis per iudicem diligentijs, & laboribus prædictis neceſſe eſt, quòd reperiatur in altero ex duobus caſibus... uidelicet aut quòd pœnes ipſum res ſit clara:

1 & ipſe ſit reſolutus, quòd iuſtitia eſt pro una parte † & iſto caſu
poterit animoſe procedere ad probationem ſententiæ pro ea par-
te, pro qua erit reſolutus iuſtitiam adeſſe. Aut apparebit eidem
2 iudici rem eſſe dubiam, † & tunc ſubtilius res conſideranda eſt,
& adhibenda ſunt remedia tradita à Doctoribus noſtris.

Et primò iudex debet habere aliquos uiros doctos, & exper-
tos, & ſuper omnia fideles, & timoratæ conſcientiæ, de quorum a-
micitia, charitate, doctrina, & fide uideatur poſſe confidere, cũ qui
bus conferat, & deliberet, iuxta conſilium Othonis Doctoris anti
qui & gloſſatoris in ſumma ſua, de ordine iudiciario. pagina 261.
ubi inquit, quòd iudex deliberare debet nõ aduocatis, ſed aliis ac
3 citis, † nam ut ipſe inquit, etiam Imperator Antoninus remotis
aduocatis deliberauit, & allegat textũ in l. proxime. ff. de his quæ
in teſtamento delentur, ubi eſt pulcher textus ad propoſitum, &
ad hoc facit quod uoluit Spec. pater practicæ in tit. de requiſitio.
conſilij in principio in uerſic. ſi uerò non ſit aliquis, in fine dicti uer
ſiculi, & faciunt, quæ uoluerunt gloſſ. & Doctor. in ca. ad noſtram.
de conſuetudine, ubi habetur per Abb. poſt Ioan. Andreæ, quòd
quandoque parum ſapientes in iure, habent in certa re eleuatum
4 † intellectum & ingenium, & acutius ſciunt diſcutere, & decidere
unum caſum, quam omnes ſapientes, & redeundo ad propoſitum
etiam Neuiza in Syl. Nuptia. dat iſtud conſilium, ut habetur in fol.
225. in primo latere nu. 89. in fine dicti numeri: ubi ſe remittit ad
dicta per eum in quinta limitatione, ſub num. 69. fol. 210. cum plu
ribus ſequentibus, ubi habetur cum quibus reſpectiuè ſit confe-
5 rendum. Et ego audiui à maioribus meis † quòd Excellentiſſi-
mus & famoſiſſimus Iuris vtriuſque Docto. dominus Andreas Si-
culus uulgo Barbatia nuncupatus, quando ei proponebatur ali-
quis caſus, qui non reperiebatur deciſus per leges, & ſic erat deci-
den. per rationem naturalem, caſum huiuſmodi proponebat aliqui-
bus ruſticis habitantibus in partibus montanis, qui ſunt ex natura
regionis accutiſsimi ingenij. Et cum illis conferebat rationes con-
currentes hincinde. Et ita ſæpe inueniebat ueritatem: & dicebant
etiam, quòd idem faciebat Excellentiſsimus Dominus Bartho-
lomeus Socin. qui caſus occurrentes conferebat hic Bonon.
cum aliquibus Hæbræis amicis ſuis, quorum tunc magna copia
habebatur in ciuitate iſta: qui Hebræi, ut experientia docet, regu-
lariter ex eorum natura, ſunt acutiſſimi ingenij.

Item

Item ad ipſum Neuizã. etiam per iudicem recurrendum eſt, ut
intelligat, quomodo procedat illud, quòd hodie in ore quamplu-
rimum uerſatur, uidelicet quòd in dubio debemus inhærere com
muni opinioni, quia certe multi allegant communem opinionem
6 † qui non intelligunt, quænam ſit communis opinio. Et ipſe Neui-
za. in hac materia ampliſsime loquitur in dicta Sylua Nuptia. in
lib. quinto, incipiendo fol. 179. ſecunda facie. Et proſequendo per
plures chartas per totum illum librũ, & in d. fol. 179. refert plures
7 Doctores de hac materia communis opinionis tractantes, † & po
ſtea dicit ſe illis addere plura hincinde collecta, & ſucceſſiue po-
nit regulam, ꝙ in iudicando iudex debet ſequi communem opinio
nem Doctorum, & in progreſſu ſcribit multa notabilia in hac ma-
teria, ponendo etiam ampliationes, & limitationes, & alia quam
plura per iudices ualde conſideranda per totum illum librum, quę
non refero, ſed ad dicta per eum me remitto, & quia etiam plura
ex illis ſcripſi in hoc tractatu ſupra.

Sed eſt aduertendum: quia poſtquam Neuiza prædicta ſcripſit
referendo tractantes hanc materiam communium opinionum, in-
uulgati fuerunt libri quamplurimi impreſſi, in quibus eadem ma
8 teria tractatur, † & præſertim Viuius, Villalobos, Turzanus, Por-
tius, Imolen. Emanuel Suarez, Antonius Maria Coratius Corto-
nenſis: & forſan alij adhuc à me non uiſis: Inſuper quòd per
Excellentiſſimum D. Iacob. Menochium magnæ lectionis uirum,
9 ſi quidem doctiſſimum fuit editum † & inuulgatum illud opus de
arbitrarijs iudicibus, in quo quidem opere conatus eſt omnia uer
tere in arbitrarijs; quamuis Doctores Ariſtotelem allegantes di-
10 cant, quòd oportet recte poſitas leges omnia determinare, † &
quam pauciſſima iudicantibus committere, ut inquit Aemilia. in
conſi. 106. nu. quarto, & eadem uerba allegando Ariſto. dixit idem
Dom. Menoch. in primis uerbis d. ſui operis. Et Craue. in tracta.
de antiquitate tempor. in prima parte fol. 83. in ſecunda facie, in
fine num. 25. ubi ultra Ariſtotelem allegat Bal. in conſi. 427. Quæ
dam mulier lib. quinto, ad quod propoſitum dicebat Paris de Pu-
teo in tracta. ſyndicatus in uerſic. arbitrium colum. tertia, in uerbo
iudex de arbitrarijs &c. quod iudex, cui datur latior habena ma-
gis debet habere præ oculis æquitatem, & plura alia dicit in dicto
uerſi. ad propoſitum iudicis habentis arbitrium etiam generaliſſi-
mum, quibus omnibus conſideratis merito dici poteſt id quod di-

xit

xit Dominus Franciſcus Merzan. in epitomate fideicommiſſorum in ſecunda parte pag. 18. in uerſic. nam hodiernis temporibus &c.
11 ſcilicet, quòd hodie licentia † eſt iudicibus iudicandi ad libitum propter conflictum opinionum, qui etiam uideatur pag. 19. ubi allegat Neuiz. in Syl. prædicta. Et ut uerum fateor, attentis tot tractatibus, & communibus opinionibus: & magis communibus, &
12 † Doctoribus atteſtantibus communem opinionem eſſe pro una parte, & alijs atteſtantibus ſimiliter communem eſſe pro alia parte, ſeu magis communem, in eiſdem articulis, & terminis, ut probatur ex Antonio Gabriel. in dicto opere, ſeu tractatu communium opinionum: res deducta uidetur ad unum Chaos, ita ut iudicare
13 debentes, ſi uellent attendere ad hos tractatus † de facili poſſent ſe inuoluere. Et ideò melius eſſet recurrere ad leges, & ad ratio-
14 nes ipſarum legum. † Nec non ad rationes naturales in ſubſidium & ubi hæc non ſucurrerent inhærere gloſſis, & auctoritatibus antiquorum Doctorum, qui clare & diſtinctè loquuntur, & plerumque à modernis perperam referuntur, ut patet recurrentibus ad ipſos antiquos, & illos ſeu illorum ſcripta in fon
15 te uidentibus. Et certe lætatus ſum, quia inueni dominum Neuiz. in lib. ſexto, poſt Syl. Nuptia. impreſſo, qui proprie docet iudices ita procedere, ut dicebam, licet latius loquatur ibi in principio dicti libri, addens unum aliud, quod utique in mente conceperam, uidelicet, quòd ipſe iudex recurrat ad auxilium diuinum, & inuocet præcipue Spiritum Sanctum, qui illuminet intellectum, & cor ſuum: quia ego diebus meis ſapiſsimè expertus ſum, & uidi multa
16 miracula, & ulterius ipſe iudex ſæpè † purget ſe à criminibus, & purificet conſcientiam ſuam, quia plerumque propter peccata neſcimus cauſarum ſoluere dubia, ut poſt Bald. inquit Afflict. in ſua deciſio. ſacri conſilij Neap. ultima, quod dictum reaſſumpſit idem Neuiz. loco ſupra proximè citato nu. 5. Subdēs ſub eodem num. ꝙ omnes ueri cognitio à Spiritu Sancto eſt, qui non intrat in maleuolam animam, & Spiritus Sanctus diſciplinæ effugiet fictum, & auffert ſe a cogitationibus ſapientium. Et ꝙ ꝓpterea principes deberēt
17 aduertere, ꝙ in iudices eligāt, † non ſolum peritos, ſed habentes conſcientiam timoratam, & ut latius ibi per eum omninò uiden-
18 dum, ne dum ibi, ſed per totum dictum librum †. quia docet iudices quomodo, & qualiter in dubijs ſit iudicandum, & quibus opinionibus ſit adhærendum, & ſuper hoc latiſſime ſcribit, & multa cumu-

cumulat. De qua re ſcribit etiam Cyn.in l. cum de nouo. per totum.C.de legibus.& Specul.in tit.de diſputa.& allega.§.poſt hoc autem.uerſi.& generaliter diſtinguendo.fol.241.in libro ſecundo parte ſecunda, uſque ad finem dicti §. ubi ponit plures modos notabiles ad ſoluendum dubia legum,& præſertim in fol.244.in primo latere uerſi.in ſumma nota,quòd fere omnia contraria &c. & iſtas authoritates ad hoc allegat Luc.de pœn.in l. actuarios.in fin. C.de nume.lib.12.

Et licet ipſe Neuiza.tam pulchrè, tam ample & latè ſcripſerit in locis ſupra per me allegatis in hac materia, ita ut quilibet officium iudicandi exercere uolens, poſſit ex lectura dicti operis ad plenum inſtrui, nihilominus operæpretium duxi multa in hoc capitulo addere ad maiorẽ ipſorum iudicare debẽtium inſtructionẽ.

Et in primis dico, quòd iudex reſolutus de ſententia ferenda
19 † debet illam ferre certam, & claram, & per uerba propria,& intelligibilia,habentia ſuum proprium, & germanum ſenſum:ne unquam ſuper illorum ſenſu,& intellectu hæſitari poſſit.§.curare.inſtitut.de actio.ubi eſt pulcher textus per iudicem benè ponderan-
20 dus,quia eſt conceptus per uerba multum urgentia. † Et in primis in illo textu habetur uerbum,debet,quod importat neceſsitatem,& aſtringit iudicem ad obſeruantiam eius, quod ordinatur. Item adeſt uerbum,omnino,quòd eſt uerbum multum præciſum, & importat actum perpetuum, ac ſolidæ,& ſtrictæ obligationis,& etiam importat generalitatem ita,ut in omni caſu iudex ita aſtringatur obſeruare. Præterea ad ſunt illa verba, quantum poſsibile ei ſit,quæ uerba important,quòd omni conatu, & omni eius ingenio ita obſeruet,licet ad impoſsibilia non obligetur, & vt glo. & Docto.dicunt in d.§. quandoque eſt impoſsibile totaliter certam ferre ſententiam, tamen (ut dixi) requiritur omnis conatus ipſius iudicis.& merito Imperator ita diſpoſuit ibi, quia ego vidi plerumque iudices ita confuſe, & ineptè ſcripſiſſe ſententias; quòd fuit neceſſe facere de litibus lites: propter confuſionem & obſcuritatem verborum ipſius ſententiæ. Et ego nunc habeo de facto ſuper uerbis cuiuſdam laudi lati, in quo reperiuntur aliqua uerba,quæ ipſemet iudex interrogatus de illis neſcit exprimere ſenſum illorum cum non medico illius dedecore.

Secundò eſt aduertendum, quòd ipſe iudex ſententiam debet
21 proferre,& recitare in ſcriptis † ut habetur in rubrica & in legibus

gibus

gibus illius tituli in C. de ſentẽtijs ex periculo (aliàs ex breuiculo ſecundum Alcia.) recitandis. & eſt glo. penult. in d. §. curare. ſuper uerbo (ſententiam) quæ excipit quattuor caſus, in quibus ſine ſcriptis ferri poteſt, ut in ea, quæ allegat plures textus in authenticis, & Iaſon ibi ſub num. 60. dicit uidendas eſſe alias fallentias per gl. in cap. fin. de re iud. in 6. & in cap. Albericus. de teſtibus, & quod alias ponit Abbas in cap. primo, de libelli oblatione: ultra quas ipſe ponit quattuor, de quibus ibi per eum, quas fallentias iudex poterit uidere per ſe: quia ego perquiſiui plures authores regularum, & fallentiarum, & non inueni. & putaui ſuperfluum fallentias ibi per Iaſo. relatas ſingulariter referre.

Et ideo pertranſeundo ad reliqua aduertenda per Iudicem in
22 prolatione ſententiæ dico, ꝙ debet illam proferre † conformem libello, ſeu petitioni Actoris, quia quotidie in palatijs practicantes habent in ore, quòd ſententia debet eſſe conformis libello per tex. in l. ut fundus. ff. communi diuidundo, & in cap. licet heli. de Simonia, quamuis iſta concluſio habeat plures, & plures fallentias, de quibus per cumulantes regulas, & fallentias, qui multi ſunt, & uideri poterunt: ſed ultrà alios per ipſos allegatos. Adde Niconiz. in repetitione cap. quoniam contra falſam. de probatio, ubi ponit plures quam aliquis alius, quem uiderim. Socin. enim in regula. 357. ponit ad iſtam regulam fallentias 13. ſed ipſe Niconiz. ponit. 23. & poſtea dicit alias limitationes colligas per te ipſum: quia nunc non ſuppetunt memoriæ aliæ, quaſi uelit perſuadere nobis quod illas 23. memoriæ commendauerit: quod ego non credo, ſed potius arbitror, quòd ex aliquo repertorio per ſe ſcripto illas habuerit.

Sed animaduertendum eſt, quia hodie in practica non eſſet locus huic regulæ, ſeu concluſioni: ſi uera eſt uigeſima ſecunda fallen
23 tia dicti Niconiz. in qua dicitur † quòd dicta regula non procedit, quando in libelli concluſione eſſet dictum, quare peto mihi iuſtitiam miniſtrari. Allegat Bal. in pluribus locis, & Barba. in l. ſciendum, de uerborum obligatio. nempe quia hodie libellantes ſemper apponunt illam clauſulam latiſsimè extenſam, ut norunt
24 Practicantes, non debet tamen propter hoc deſiſtere † iudex quando poteſt ſeruare dictam regulam, & pronuntiare ſuam ſententiam, magis conformem petitioni, quàm ſit poſsibile, & ubi aliter fieri non poſſet, ſequatur ueritatem, & æquitatem, iuxta Do-

ctrinam ſuperius traditam in præcedenti cap. quia, ſic faciendo placebit Deo,& hominibus.

Et quia ſupra dixi ex mente legum, quòd iudex debeat ſententiam ferre,& recitare in ſcriptis: iuxta dictum titulum de ſententijs
25 ex periculo recitandis in C. nunc rurſus † moneo iudices, ut id
obſeruent omnino po honore ſuo, & ad remouendum omnem
ſuſpitionem quæ aliàs contra ipſum de corruptela, & barrataria
oriri poſſet. Quia ego aliàs uidi in hac ciuitate Bonon. quendam
iudicem Auditorem domini Gubernatoris tunc ipſius ciuitatis, qui
omnes ſententias ſuas maximè in cauſis alicuius importautiæ, ſemper pronuntiabat pro ut in cedula, ſiue dicamus, prout in ſcriptis.
Et poſtea moram non modicam faciebat antequam illas publicaret: & interim dabat utrique litigatori bona uerba taliter, quod
quilibet poterat ſperare, ſe habiturum ſententiam pro ſe: tamen
ſubiungebat: quòd adhuc non erat bene reſolutus, & ꝙ ſuperuenerant quædam dubia in mente ſua, ſuper quibus oportebat ipſum
laborare. litigator uerò, qui hæc audiebat, offerebat ſe remuneraturum illos labores: & poſtea ille iudex habebat notarium aſtutum, qui uocatis ambobus litigatoribus ad partes,& ſeparatim loquebatur eis clanculum, & informabat eos ad portandũ aurum
pro iudice,& quærebat inducere illos ad bonam ſummam aureorum,& qui maiorem quantitatem aureorum offerebat, ille habebat ſententiam pro ſe, quæ ad ſui fauorem publicabatur: & aduerſarius, qui fuerat deluſus exclamabat: tamen tales eius clamores illum non iuuabant: Tandem dictus iudex ex hac ciuitate diſceſsit cum magno ſui dedecore,& ille notarius ſemper fuit exiſtimatus furcifer,& de ſimili notario ſiue potius proxeneta uide
Neuiz. in lib. quinto ſiluę nuptiã. fol. 227. in ſecunda facie uerſ. amplia octauò ſub numero 99. Et iſte modus procedendi fuit in cau
ſa, quòd domini Senatores huius ciuitatis nomine populi obtinue
26 runt per literas Apoſtolicas Clementis ſeptimi † prouideri ne
de cætero aliqui iudices huius ciuitatis auderent ſententias proferre, prout in cedula, ſiue prout in ſcriptis, quia fuit detecta illa
fraus,& machinatio dictorum iudicis, & notarij, de quibus litteris habetur in Volumine conſtitutionum Rotæ impreſſarum de
anno 1560. in quibus literis habetur decretum irritans ipſo iure
omnia in contrarium agenda,& habentur aliæ clauſulæ fortiſsimę.
Et nihilominus uidi alios iudices poſt,& contra dictas literas eo-

rum

rum ſententias prout in ſcriptis protuliſſe : quæ practica ſemper,
27 mihi diſplicuit. Et teneo certe tales ſententias † fuiſſe, & eſſe ipſo iure nullas ſtante dicto decreto irritante, de quo in dictis literis Apoſtolicis: nec poſſe ſuſtineri ſub prætextu alicuius uoluntatis conſenſus partium uel licentiæ, forſan talibus iudicibus datæ ita ſententiandi, per Reuerendiſsimos dominos Gubernatores Vicelegatos, ſeu Legatos huius ciuitatis, uel aliquem ex eis, quia de iure non potuerunt dare licentiam huiuſmodi, nec conſentire, quod ita procedatur contra formam diſpoſitionis Apoſtolicæ maxime
28 exiſtente in ea dicto decreto cum clauſula illa, ſublata † eis, & eorum cuilibet, quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, iudicari, diffiniri, & interpretari debere, per quæ uerba tollitur à quocumque iudice penitus omnis iuriſdictio, & facultas iudicandi contra diſpoſita in dictis literis ita, quòd facta & geſta in contrarium ſunt nulla ex defectu iuriſdictionis, faciunt notata per glo. & Doct. in cap. primo. de reg. iuris in ſexto, nam dato, quòd non adeſſent dicta clauſula, & dictum decretum, tamen non deficerent iura, & authoritates quibus clare probatur, quod Gub. Vicelegatus, uel etiam Legatus de latere, non poſſent, nec aliquis eorum poſſet de iure quouis modo directè uel indirectè derrogare dictis litteris Apoſtolicis, & illarum diſpoſitioni, primo quia ſummus Pontifex eſt maior quocumque ordinario etiam legato, quia eſt
29 † Deus in terris ſecundum Bal. in l. fi. C. ſententiam reſcindi non poſſe. Dec. in cap. primo de conſtit. Et alibi dicitur quòd gerit uices Dei. glo. eſt in prohem. Clementi. §. hæc ſan. Et multa notabilia de dignitate, & iuriſditione Papæ congerit Natta in conſ. 33. maximi ponderis &c. uol. primo. ſed inferior ab ipſo (quiſquis ille ſit)
30 † non poteſt ſoluere legem ipſius Papæ tamquam ſuperioris, etiam uigore cuiuſcumque generalis arbitrii. cap. cum inferior de maioritate, & obedientia, cum alijs ad hoc allegatis per Roma. multum ad propoſitum, in conſilio 37. uiſo puncto &c. col. prima, in fine ſub num. 2 Et per Soc. Antiquum in conſ. 96. col. 4. in principio parum ante num. 7. in primo uol. in uerſ. ſed ad hoc de facili &c. & per Gogiad. in conſi. 101. ſub num. 11. in uerſi. præterea & ſecundo per Io. Andreæ in cap. fin. de immunitat. eccleſ. in ſexta, num. 2. ibi, ergo in generali conceſſione &c. & ibi, non poſſet ergo ciuitas &c. & etiam ſub numero. 3. ibi nec minor legem maioris &c. & ultimo per Natt. in conſ. 274. in ſecundo uol. præſertim
ſub

ſub num.4. ibi,ex hoc uidetur fortius dici poſſe &c. & etiam ſub num.5.

Et quod dictę ſententiæ fuerint, & ſint inenitabiliter ipſo iure nullæ,probatur conſiderando,quòd dicuntur latæ ne dum contra dictas litteras apoſtolicas, & contenta in eis de quibus ſupra

31 † uerum etiam contra leges Imperiales, de quibus in dicto titulo de ſententijs & periculo recitan.præſertim in l. fin.ubi eſt textus præciſus,& pulcherrimus quo diſponitur,quòd tales ſententiæ ſic latæ ſine ſcriptis,nec nomen ſententiarum habere mereantur, nec ſit neceſſaria appellatio ab eis.

Confirmantur prædicta ex alio argumento:nam conſidero,quod hic concurrunt duo uincula,quæ magis ſtringunt,ut in authentica,itaque C.communia de ſucceſſio. Et facit tex.in §.ſanctiſsimas in auth.de alienatione & emphyteoſi, & poſſunt addi ea,quæ per illum textum uolunt Doctores in l. filiusfamilias §.diui ff.de leg. primo.ubi poſt alios Ruin.ſub nu.16.uerſ. alia etiam ratione &c. plura allegat.

Nec dicatur,quòd illa practica pronunciandi,pro ut in cedula ſeu pro ut in ſcriptis,ſeruatur in curia Romana præſertim per admodum Reuerendos Patres dominos Auditores ſacri Palatij Apo

32 ſtolici † ut norunt,qui practicarunt in dicta curia,& ibi in litibus uerſati ſunt:quia ſi ita diceretur reſpouſio eſſet in promptu: nempe quòd in ipſis admodum Reuerendis Dominis Auditoribus militat ratio,quæ ceſſat in iſtis iudicibus inferioribus: qui ſoli pronuntiant.

Et primò quia ipſi admodum Reuerendi Patres ſunt duodecim uiri doctiſsimi,& Excellentiſsimi electi,& deputati per ſummum Pontificem ad illud tribunal:quod dicitur eſſe tribunal ip-

33 ſius Pontificis Vicarii Chriſti,& Dei in terris † de quibus nullum propterea eſt præſumendum ꝙ cognitor non habet uotum: itaque ceſſat omnis præſumptio corruptionis,& machinationis,ipſe enim iudicat ex uoto aliorum,uel ſaltem maioris partis. Et ſunt in conſpectu Principis ſupremi,coram quo nullus reperiretur tam audax,qui auderet barratariam committere,& laborant illis patres ſub ſpe Augmenti dignitatis procedentes de uirtute in uirtutem. Et ideo non poteſt argui de illi ad iſtos iudices inferiores: quia eſſet arguere de maiori ad minorem affirmatiue

34 † quod non licet,ut notat glo.in cap,cum in cunctis.de electio.&

per

per Areti.qui alia iura allegat in inſt.de lege Fuſia Canina tollenda:ultra D.Nicolaum Euerardum in libello de Centum modis argumentandi in iure.

Præterea multa licent;& fieri poſſunt impune etiam, contra ius
35 † in præſentia Papę,quæ in præſentia inferiorum fieri nequeunt, etiam ſi eſſent Cardinales,& legati de latere. Exempli gratia in
36 renuntiatione facta ad fauorem certæ perſonæ † quæ proculdubio in inferiore à Papa eſſet ſimoniaca:tamen coram Papa non eſſet,ut per gloſſ.& Doctores in cap. cum pridem. de pactis: ſuper verbo (illicita) & ſimiliter ubicumque quis ageret aliquid in prohibitis
37 iure conſtitutionis Eccleſiæ † Secus uerò in prohibitis iure diuino,& ex ueteri teſtamento.ut in gloſſa dicti cap. cum pridem, ſuper dicto uerbo (illicitæ,)& benè habetur in cap.ex parte.el primo de officio delegati. Et ideo firma remanet, & defenſata dicta concluſio ſupra firmata contra dictas ſententias, ſi tale nomen habere mærentur:dicta l.fin.C.de ſententijs ex periculo.aliàs ex breuiculo recitandis: quamuis ſtylus dictorum Reuerendorum admodum Patrum Rotæ,ſacri Palatij Apoſtolici auditorum uigeat, ut ipſi prout in cedula pronuntient,quibus in excelſa dignitate,&
38 ſcientia conſtitutis † iudices, a partibus non poſſunt æquiparati. Et quamuis aliàs & in alijs caſibus merito inferiores curiæ ſtylum Romanæ curiæ ſeruare teneantur : quia ibi eſt uberrimus fons iuriſtarum,& propter eminentem ſcientiam Doctorum ibi exiſten-
39 tium † ab illis alii normam accipere debent:iuxta ſcripta per Neuiza.in lib.3.Syl.nup.fol.97.in primo latere,uerſi. & etiam obſeruat ſtylus & cætera,in hoc tamen articulo non eſt ſequendus iſte ſtilus per inferiores iudices de partibus,rationibus ſupra deductis
40 ſed huiuſmodi iudices † debent omnino obtemperare legibus, & litteris Apoſtolicis etiam propter præiudicia,& damna,quæ aliquando illis euenire poſſent,propter nullitates ſententiarum contra leges,& mandatum Apoſtolicum latarum, quia non poſſent
41 euitare,quin tenerentur ad damna,& intereſſe partis læſæ † in cuius damnum ſententia ſic lata,pro ut in ſcriptis, ſiue prout in cedula,declararetur nulla, ut patet ad ſenſum: ultra quod propter
42 inobedientiam mandati Principis † incurrerent alias pœnas, & præiuditia:nam ut inquit Alexan. in conſ. 102. uol. 4. in fine.peccat mortaliter qui facit contra præceptum Papę, & ſequitur Calca.in conſi.13.in penult.col. Et ſacrilegium eſt principis præce-

pta negligere ſecundum Lucam de Pena in l. 1. C. ut dignitatum ordo ſeruetur lib. 13. uide etiam Crot. conſ. 31. in 1. col. in 1. vol. & Mantuam conſ. 300. 1. uol. ubi inquit, quòd à dignitatibus & offi-
43 cijs alienus eſſe debet, † qui mandatis Apoſtolicis non obtemperat, & alia ad hoc allegare potuiſſem, quæ tanquam ſuperuacanea omittere volui.

Dicunt tamen practici in cauſis iudicialibus, quòd quilibet iudex cuiuſcunque tribunalis quando vult per ſententiam cauſam diffinire, debet uti cautela, qua utuntur præfati admodum Reuerendi Patres ſacri palatij Apoſtolici Auditores, qui ſemper ante
44 † omnia, cum ſententiam ferre uolunt, dicunt, & ſcribi faciunt per actuarios, reuocatis prius dilationibus, & datis refutatorijs quibuſcunque appellationibus, ut atteſtatur Caſſado. deciſ. 9. de appellatio.

Dico etiam, quòd quamuis iudex ſuper non petitis, ſeu ultra
45 petita † aliquid pronuntiare non poſſit: ut firmant Capy. deciſio. 10. num. 23. Natta conſi. 175. col. 2. in 2. uol. nihilominus ſuper omnibus petitis pronuntiare debet. Bart. in l. ſi conſtante. §. fin. ff. ſolu. matr. in fine: non tamen neceſſe eſt pronuntiare ſuper quæſtionib. incidentibus. Caſtr. in l. j. C. de ordine cognitionum. in ſummario & in 1. colum.

Tenetur inſuper iudicare ſecundum ſtatuta loci iudicij ligata
46 † cum alijs in uolumine ſtatutorum, & ſimiliter ſecundum illa ꝓcedere. Rip. in repet. §. hoc autem iudicium, & idem in conſuetudine notoria etiam ſi talia non producantur.

Limitabat tamen Marſil. prædicta in l. ſed & ſi quis. ff. ad l. Corneliam, de falſis. in prima col. in vlti. notabili, & in ſecunda uſque ad medium prædicta procedere, niſi iudex ex cauſa minueret, uel augeret pœnam à ſtatuto impoſitam, per iura, & deciſiones de quibus ibi per eum, ubi nonnulla exempla notabilia ponit.

Et ultra dicta per Neuiz. ubi ſupra in materia communis opinionis addo Grat. in conſi. 88. num. 5. uol. 2. dicentem, ꝙ iudex de-
47 bet † iudicare contra communem opinionem quando caſus legis expreſſus, uel ratio concludens adeſt in contrarium. Et in dubio
48 † quibus fauere debet in iudicando, uide eundem Grat. in conſ. 2. & in conſ. 1. & in conſ. 66. nu. 40. d. uol. 2.

Et nota, quòd conſcientia ipſius iudicis in iudicando non debet
49 de ſinu † eius, & de ſecreto ſui pectoris proficiſci: ſed de ſinu, &

numero legis,ut inquit Bald. in l.1.col.4.nu.19. C.ſi plures una ſententia &c. Et uide Innoc.ad hoc in c.in literis col.1.de reſti.ſpoliatorum,& omninò Fely.in c.uenerabilis,de excep.nu.39. & Nat tam in conſi.276.& de æquitate,quam iudex aliquando ſibi facit
50 † ex ſuo capite uide Fulg.in conſ.158. Domina Grauolina col.2. Quando autem,& in quibus caſibus poſſit iudicare ſecundum cõſcientiam: ponit Aretin.in §.ſi minus.inſtit.de actio. & Iaſ. in §.ſed iſtæ quidem num.110.eo.tit.latius per Fely.in c.paſtoralis.§.qui a uero.de officio delegati.
51 Et debet iudex ſibi proximum coniunctum, & magnum uirum, ſicut extraneum,& paruum iudicare iuxta gl.in l.fina.in uerbo (remulus) in fine.ff.de rerum diuiſio. ſed tamen non debet pronuntia
52 re contra ſuos, † ut uideatur iuſtus: ſicut quidam hyppocritæ faciunt,ut inquit glo.in cap.1.de conceſ.præben.lib.6.
Et quando ſuper aliquò paſſu ſunt opiniones Doctorum hincin
53 de † tunc res dicitur eſſe dubia: & ideò ſi iudex eligit unam opinionem (licet malam) ſententia non eſt nulla.Barto.in l.qui Romæ.§.duo fratres.ff.de uerb.oblig.in 3.col.in 6.opposit.& dicebat
54 Iaſ.quòd ubi articulus de quo agitur eſt dubius † dicitur eſſe articulus pro amico,ut per eum in l.de qua.de iudicijs,& tunc iudex poteſt in tali caſu gratificari cui uult,ut firmat Rip. in repet.l.quo minus.ff.de fluminibus num.60.ubi ait quod propter hoc expedit
55 † habere iudicem propitium.Et ab eo non diſcrepat Imol.in clemen.1.de dolo,& contumatia nu.15.ubi ait, quòd prodeſt in multis maxime in arbitrarijs quod etiam habetur in opere Io. Bertachi.fol.96.2.facie in uerſic. iudicem fauorabilem, iuxta nouas impreſſiones in 3.parte,ubi dicitur, quòd malè faciunt procuratores
56 aduocati & partes † exaſperãtes iudicẽ cõtra ſe,qa iudices eum, quem diligunt libentius audiunt, & ei facilius credunt, & ad hoc allegantur Quintilianus & Cicero in Rethoricis & Abbas in ca. conſuluit.de officio delegati.& ca.paſtoralis in 6.col.de reſcriptis ſed eſt in 7.col.in lib.meo in nouis impreſſis Venetijs 1571.in pat ua impreſſione,& ſufficit ad hoc uidere Abb. in dicto cap. conſuluit .a quo omnia Ioan. Bertachi.habuit,ut poſtea comperi.
Sciendum eſt etiam, quòd licet olim aſtringebantur iudices,
57 qui deputabantur ad iudicandum in quibuſcunque cauſis † ad iurandum ſub formis iuramenti arctiſſimis ſecundum legum obſeruantiam,& per uerba formidabilia, ut habetur in l. rem non nouã.

C.de

C.de iudicijs, & in authentic. iuſiurandum, quod præſtatur ab ijs
in §. & æquè in cauſis &c. ubi eſt forma tremenda circa finem di-
cti authentici, nihilominus per ius authenticorum fuit tale iura-
mentum relaxatum; & reductum ad formam latiorem, & mitio-
rem, ut eſt tex. in authentic. hodie. C. de iudicijs. poſt dictam l. rem
non nouam, in quo ad literam dicitur, quòd iurant ſe facturos ſe-
cundum eis uiſum fuerit iuſtius, & melius: exceptis defenſoribus
ciuitatũ, qui iurant ſecundũ oĩa ſm leges, & iura ſe facturos: ſed
Bald. in dicta authentica, hodie. quærit nunquid poterunt legem
tranſgredi ratione caſuum emergentium ſtante dicta forma iura-
58 menti per quam iurant iudicare † ſicut eis uidebitur iuſtum &
melius, & poſt Innocen. dicit, quòd maioribus magiſtratibus id li
cebit, ſecus ĩ minoribus, qui iurant præciſe ſeruare legem, & ita in
telligit tex. dictæ authenticæ in uerſic. exceptis. ſubdens, quòd ho-
die in poteſtatibus terrarum idem erit, quòd in minoribus magi
59 ſtratibus qui iurant † præciſè ſeruare ſtatuta: nam debent ea te-
naciter obſeruare, & à forma ſtatuti non recedere, ut aſſerit ſe di
xiſſe in iuribus ibi per eum allegatis. Salycet. uere dictam Doctri-
nam Bal. reſtringit ad cauſas arduas, ſuper quo eſt bona apoſtilla,
quæ allegat Iaſ. in l. 1. C. de præcibus Imperat. offerendis. ubi alle-
gat dictam limitationem Bald. de qua ſupra, & illud dictum In-
nocentij, & dicit, quòd ipſemet Baldus uult contrarium eius, quod
dixit in dicta authentica, & multa alia dicit ad propoſitum iſtius
60 articuli etiam † declarando qui ſint maiores magiſtratus, ideo ad
illum eſt recurrendum, & non eſt confidendum de ſimplici dicto
Bal. uideatur etiam Aretin. in dicta authentica quam legit ſub di-
cta. l. rem non nouam: quia ipſe notat aliqua neceſſaria notanda, &
maximè, quòd iudices, qui non iurant iudicare ſecundum legem
poſſunt ex cauſa tranſgredi ipſam legem, & æquitatem ſequi.

SVMMARIVM.

1 *Iudicium eſt munus multum arduum & difficile.*
2 *Iudex eſſe uolẽs debet eſſe talis ut uirtute ſua ualeat dirrũpere iniqui-
tates, ne forte timeat faciem potentis.*
3 *Magiſtratus uirum oſtendit, & non dicit hominem: & quare.*
4 *Homines multi reperiunt, ſed pauci uiri, quia uir dicitur a uiribus, & a
uirtute.*

5 *Potentes uiros uelle ſubuertere rectum iudicium quotidie uidemus, & quare.*

6 *Praces magnorum uirorum pracepta eſſe dicuntur.*

7 *Iudex uere eſſe non dicitur, niſi in eo ſit iuſtitia.*

8 *Iudex quis tandem dicitur, quandiu iuſtus putatur.*

9 *Iudex fortis & conſtantis animi eſſe debet, ut in eo uerificetur deſcriptio iuſtitiæ.*

10 *Iudex habere debet animum firmum ad iuſtitiam faciendam: non obſtantibus magnatum precibus.*

Quod procedit etiam non obſtante clamore populi, ibid.

11 *Iudex debet in ſe habere duos ſales uidelicet ſcientiæ, & conſcientiæ.*

12 *Conſcientia eſt quid potiſſimum in iudice: quia eſt Angelus humanæ uitæ praſidens.*

13 *Conſcientia quid ſit, & plura multum notabilia per Iaſo. in loco hic citato.*

14 *Iudex quantumcunque plenus ſcientia & ſapientia malam habens conſcientiam nihili faciendus eſt: & quare uide hic.*

15 *Vir non meretur appellari ſi non facit ea, quæ ſunt uiri ſed potius animal brutum.*

16 *Lex exigit puras manus eſſe iudicibus.*

Iudicibus eſſe puras manus lex exigit, ibid.

17 *Prouinciam eſſe ſine Rectore non eſt poſſibile neque portabile.*

Sed intelligitur de Rectore bono, & habente puras manus, uide hic.

18 *Auaritia eſt omnium malorum radix & caput, præſertim ſi iudicum inhæret animabus.*

19 *Textus omnino ab omnibus iudicibus conſiderandus hic habetur.*

20 *Iudices ementes officia & iudicaturas multa mala imò peſſima comittere conſueuerunt.*

Nec poſſunt redargui, & quare uide ibi.

21 *Sanctiſſimus Dominus N. Papa Gregorius Tertiuſdecimus innouauit cenſuras & pœnas comminatas per diſpoſitionem Bonifacij Octaui contra dantes, uel recipientes aliquid pro iuſtitia in iudicio extorquenda.*

22 *Aurum rumpit fores adamantinas.*

23 *Iudices nonnumquam ab inſtitutis ſuis abducuntur magnitudine pecuniæ.*

24 *Diuitiæ*

24 *Diuitiæ ingentes iudiciorum religionem ueritatemq. ſolent perfringere.*
25 *Clementis Septimi Pontificis maximi interrogatio facta magnę authoritatis uiro deprecanti ſanctitatem ſuam ut prouideret amico ſuo de Gubernio alicuius ciuitatis.*
Iudicis officium ambiens mediantibus precibus alicuius magni uiri apud Principem de quibus ille ſit interrogandus, ad exemplum clementis ſeptimi.
26 *Iudices, & aduocati exercentes recte eorum officia plus merent Reipublicæ, & extenſiue, quam ſolā uitam contemplatiuam agentes ex pluribus auctoritatibus hic probatur.*
27 *Boni & iuſti Iudices Dij appellari poſſunt.*
28 *Iudex qui erat in ciuitate & Deum non timebat, & homines non reuerebatur in dignus fuit authoritate, officio & nomine iudicis.*
29 *Iudex dicitur quaſi ius dicens, qui ex omni parte debet eſſe iuſtitia decoratus.*
Et hoc ne Deum, cuius ipſe miniſter eſt offendat: ibidem.
30 *Dionyſii Cartuſiani inuectiua contra Iudices malos Deum non timentes & homines non reuerentes.*
31 *Contra Iudices malos multi Doctores inuehuntur.*
32 *Requiſita in bono iudice, quæ ſint ſecundum Neuizanum.*
Et plura ſecundum Diuum Dionyſium ibidem.
33 *Iudex bonus debet habere plura requiſita ſecundum diuum Dionyſ. Cartuſia. quorum nouem ponuntur.*
34 *Iudex qui iuſtitiam facit, beatus uir in ſacra pagina dicitur.*
35 *Iuſtitiam faciens ex Chriſto natus eſt.*
36 *Iuſtus qui non eſt ex Deo non eſt.*
37 *Iuſtitiam apprehendentes multa bona & commoda conſequentur.*
Et ſtulti appellantur, qui non apprehendunt eam, ibidem.
38 *Timenti dominum multa bona proueniunt.*
Et ibi de timore Dei habes plura, ex ſacra pagina.
39 *Iudicibus iniuſtis a Deo mala innumerabilia comminantur: in hoc & in alio ſeculo.*
40 *Iudices qui ſordibus, & iniquitatibus adhærent: notantur infamia in hoc ſeculo, & bonum nomen ac famam amittunt.*
41 *Melius eſt bonum nomen, quàm diuitiæ multæ & honor cunctis rebus eſt præferendus.*
42 *Honor propriæ uitæ uidetur præferendus.*
43 *Diuitijs non eſt adhærendum: & quare,*

44 *Iuſti non confundentur in tempore malo: & in diebus famis ſaturabuntur.*

45 *Principibus deprecatur a Deo illuminatio cordis: ad eligendum bonos iudice, qui habeant qualitates requiſitas ſuperius deſcriptas.*

46 *Iuſtitia ubi non adeſt ibi non eſt babitandum.*

47 *Iuſtitia deficiente, nibil aliud ſunt regna quam latrocinia.*

48 *Leges ubi non ualent: ibi non eſt pernoctandum.*

Et impoſſibile eſt ſine iuſtitia habitare ciuitates: quia illa eſt populorum gaudium, ibidem.

VIGESIMVM QVARTVM CAPVT.

MODO uidendum eſt in hoc ultimo capite, qui & quales debeant eſſe iudices, qui acceptant munus iudicandi, & inuenio, quòd iſtud munus eſt multum ar-
1 duum, & difficile † quandoquidem ille medicorum princeps in principio ſuorum problematum dixit, difficile eſt iudi-
2 cium. & ſapiens in eccleſiaſtico capite 7. monuit quemcumque uolentem dictum munus ſubire, dicens, noli quærere fieri iudex niſi ualeas uirtute irrumpere iniquitates, ne forte extimeſcas faciem potentis, & ponas ſcandalum in agilitate tua. Et Philoſophus
3 in quinto Ethicorum ait, quod magiſtratus virum † oſtendit, quod dictum reaſſumpſit Ioannes Nemzanus in Syl. nup. in lib. quinto fol. 225. inquiens, iudex in primis aduertat ad uires ingenij ſui: quia magiſtratus &c. Et ego animaduerti ad illud dictum philoſophi dum dicit (uirum oſtendit) nam non dixit hominem: quia multi
4 ſunt homines † ſed pauci uiri, ut ego ſæpe dicere conſueui, quia uir dicitur à uiribus, & a uirtute, ut colligitur ex ſupra proximè citato loco eccleſiaſtici de iudice loquentis, & requirentis iudicem eſſe debere talem, qui uirtute ſua irrumpere ualeat iniquitatem, & qui non timeat faciem potentis: quia certè experientia nos do-
5 cet, & quotidie † uidemus aliquos potentes uelle ſubuertere rectum iudicium iudicis: ut faueant amicis, & affinibus ſuis etiam interponendo aliquoties minas, & vultus terribiles aduerſus iudi-
6 ces. Et omnes norunt etiam quòd præces † magnorum uirorum præcepta eſſe dicuntur propter quas tamē iudex non minus debet habere animum ſuum firmum ad iuſtitiam miniſtrandam, & ius ſuum unicuique tribuendum conſtanter, quia aliàs non eſſet iudex

uere

7 uere † nempè, quia iudex eſſe non dicitur, niſi in eo ſit iuſtitia. cap. primo. 23. q. 2. gloſſ. in cap. cum æterni de ſententia & re iud. lib. 6. in principio. per Speculat. tit. de iudice delegato §. excipi poteſt uerſ. Item quod non eſt in eo iuſtitia. per Parid. de puteo in tract. Syndicat. in uerbo ſubijcio, & per Luc. de penna in l. omnes iudices C. de decurioribus li. 10. ſuper uerbo (iudices) allegat ad hoc Iſido rum & cap. forus de verb. ſignifi. & ibi etiam dicit, quòd iudex di
8 citur, quaſi ius dicens, & quòd tandiu † iudex dicitur quandiu iuſtus putatur: allegat etiam Paralipo. cap. 19. ubi dicitur. Videte quid facitis, & non enim hominum exercetis iudicium ſed Dei, &
9 quodcumque iudicaueritis in uos redundabit, fortis enim † & conſtantis animi eſſe debet, ut in eo uerificetur deſcriptio iuſtitiæ: quę habet quòd Iuſtitia eſt conſtans, & perpetua uolútas ius ſuum unicuique tribuens, prout de conſtantia habetur in deciſ. Rotæ 819. nota quod quilibet &c. in antiquis, ubi dicitur, iudex animum
10 firmum habere debet † ad iuſtitiam faciendam non obſtantibus magnatum præcibus, quod procedit etiam non obſtante clamore populi, ut in l. decurionum. C. de pœnis, & per Ioannem de Platea in l. fi. C. de tabul. & ſcrib. lib. 10. & dicebat Barba. in cap. ſi pro
11 debilitate, de officio delegati. quòd in iudice debent eſſe † duo ſales videlicet ſcientiæ, & conſcientiæ: prout etiam dicit Iaſ. poſt Bal. quem refert in l. certi iuris in fine. C. de Iud. idem dicit alios allegando Neuiz. in Syl. lib. 5. fol. 225. num. 90. ubi dicit iſta uerba, debet enim iudex habere ſalem ſcientiæ & conſcientiæ, aliàs mens eius eſt diabolica, & inſipida. & Andreas ab Exea in cap. primo. de conſtit. pagina. 252. num. 461. ubi uideatur omnino. Et certè illud, quod dicitur de conſcientia eſt potiſsimum in iudice
12 † quia conſcientia eſt Angelus humanæ uitæ præſidens, ut inquit Bal. in l. ſi inutiliter. C. de fideicommiſſis, ubi aliquid dicit de con
13 ſcientia, ſed plurà longiori ſtylo de ipſa conſcientia † & quidem notanda, ſcribit Iaſ. in §. ſed iſtę quidem. inſt. de actio. nume. 100. cum pluribus ſequentibus per tres, ſeu quatuor col. quæ per iudicem uideri poterunt. Si enim iudex eſſet admodum plenus
14 ſcientia, & ſapientia, † & malam conſcientiam haberet, nihili faciendus eſſet, quia talis eſſet pronus ad faciendum potius iniuſtitiam, quam iuſtitiã, & ad ſe immiſcendũ ſceleribus, & maculandũ nomen optimi uiri, ac dignitatis priuilegium perdendum: quia uir
15 non meretur appellari † ſi non facit ea, quæ ſunt uiri, ſed potius

meretur appellari animal brutum, ut hæc, & plura alia ad hoc in
terminis dicit Luc. de pen. in l. iudices. C. de dignitatibus. libro
16 12. lex enim exigit puras eſſe † iudicibus manus: ut collatores tri
butorũ cuſtodiant. idem Luc. in d. l. iudices col. 2. Et in quantum
Imper. in authent. de adminiſtratoribus. propè finem collatione
17 ſeptima. dicit non eſſe poſſibile, neque portabile prouinciam † eſ-
ſe ſine Rectore, certè intelligit de Rectore habente puras manus
non autem de Rectore immiſcente ſe iniurijs, iniuſtitijs, & ſceleri
bus, qui potius animal brutum appellari meretur: præſertim ſi ad
18 talia committendum auaritia ducatur, † quæ eſt omnium malo-
rum radix, & caput, maximè ubi ipſorum iudicum inhæret anima
bus ut inquit Imperat. in authentico. Vt iudices ſine quoquo ſuf-
fragio. collatione ſecunda, in uerſ. quapropter eius quod ab eo &c.
19 qui textus certè eſſet ab omnibus iudicibus † uidendus, & conſi-
derandus, maximè in quãtum Imperator ibi conſiderat multa ma
20 la immo peſsima † commiſſa, & perpetrata per iudices tunc
ementes officia & adminiſtrationes, ac iudicaturas, qui propterea
deinde, ut retraherent à ſubditis pecunias expoſitas in emptione
officiorum, & aliorum prædictorum, irremiſsibiliter extorquebãt
pecunias omnibus modis, & ſubditis, & nõ poterant redargui:
quia cũ fiducia, & ſub clypeo talis emptionis præſumebant facere
tales extorſiones: nimirum Summus D. N. Papa Gregorius ter-
tiusdecimus cenſuras, & pœnas aliàs comminatas per Boniſa-
tium Octauum Pontificem maximum contra dantes, aut recipien
tis pro iuſtitia in cauſis, uel iudicijs quibuſcumque modis obtinen
21 da, innouauit, & ampliauit † ad extirpandum pœnitus tales ſpe-
cies extorſionum, quę ut ipſe D. N. in ſuis litteris aſſerit, curię
exiſtimationem grauiſsimè offendunt: cum peſſimę ſint: & ut la-
tius in literis Sanctitatis Suæ Romæ editis anno 1574. & publica-
tis dicto anno die 8. menſis Nouembris continetur, pro cu-
ius Sanctiſs. D. N. ſanctiſſima diſpoſitione & confirmatione uide-
antur ſcripta per Neuiz. in d. Syl. in 5. libro fol. 226. in utroque
22 latere dicti folij: aurum enim † rumpit fores adamantinas: ſe-
cundum Luc. de Pena in l. ad ſpendidioris. C. de diuerſis officijs
libro decimo. Et dicebat Marſ. in l. prima. §. Præterea col. 6. in fi-
ne non nulla ad propoſitum facientia. Adducuntur nonnumquam
23 iudices † ab inſtitutis ſuis magnitudine pecuniæ, ut ait Cicero
in ſexta actione in Verrem. Et ingentes diuitiæ iudiciorum religio

nem

24 nem,† ueritatemque ſolent perfringere,ut per eundem in ſecunda Act.iu uerſi.Ex quibus omnibus , ommiſsis multis aliis, quæ hic cumulare potuiſſem : ni fallor manifeſtè conſtat quantum ſit in iudice deteſtabilis Auaritia. Et ad rem aliàs audiui,quòd Clemens ſeptimus Pontifex maximus: dum quidam forte Cardinalis, uel alius magnæ auctoritatis uir conaretur diſponere illum ad concedendum illi pro quo intercedebat gubernium cuiusdam ciuitatis ditionis eccleſiaſticæ,& ſic laudaret ipſi Pontifici ſummopere perſonam illius amici ſui pro quo iuſtabat, de Doctrina, ſcientia, & bonis moribus,ac experientia,& alijs uirtutibus:ipſe Pontifex
25 interrogauit†illum quomodo ſe contineret a receptione pecuniæ, & munerum:ſic dicens lingua ethruſca,come ſta forte al danaio. Sed quia ſecundum Hoſtien. in prohœmio ſuæ ſummæ: ut refert Alberic.in l.prima.ff.de iuſt.& iure in fine principii num. 11. iudi-
26 ces,& aduocati exercentes rectè eorum officia † plus mærentur, quam religioſi,allegat cap.ſit Rector.circa medium 43. diſt.& dictam Doctrinam Hoſt.refert etiam Bermõdus in trac. de publicis concubi.pag.241. dicens,ꝙ iuſti iudices vitam actiuam ſine plica ducen. ꝙ talis uita eſt magis fructifera reipublicæ & extenſiue quàm uita contemplatiua , quæ ſibi ipſi & intenſiue magis utilis eſt,& ſic intelligendi ſunt doctores omnes.Lanc.Cora.in tract.de prætore.pag.186.nu.17.dicentes,ꝙ iudices & aduocati rectè utentes legib. prout debent,meliorẽ uitã agunt quã contemplatiuã ſolam agentibus,& idem dicit Neuiz. in lib. 3. Syl. fol. 93. ſecunda facie nu.20.ubi alios allegat. Ideo operæ prætium duxi ponere hic , quæ requirantur in bono iudice ut ſic omnes diſcant & cu-
27 piant bene agere, & boni eſſe : quia certe † tales Dij appellari poſſunt: iuxta illud,Exodi cap. 22. ibi,ſi latet fur dominus domus applicabitur ad Deos , & iurabit, quod non extenderit manum in rem proximi ſui , & ibi inferius,ad Deos utriuſque cauſa perueniet.& parum ante finem eiuſdem capitis, ibi , Dijs non detrahes, & principi populi tui non maledices , & alibi Pſalmo 81.Deus ſtetit in ſinagoga Deorum,in medio autem Deos dijudicat,& ibi:dixi dij eſtis uos, & ut latius iſta , & alia ad propoſitum adducit Marchoardus de Suſannis in cap. 6. parte ſecunda tract. de iudæis fol.70. ubi quod bonis Iudicibus honor debetur, & ſecundum leges dicuntur religioſi : quia in multis, & pęne infinitis legibus habetur mentio de religione iudicantis.

Et

Et ad iſta uideatur Diuus Dionyſ.Carthuſia. ſuper Euangelio Lucæ,cap.18.ubi habetur illa parabola Chriſti de illo iudice,
28 qui erat in ciuitate & Deum † non timebat,& homines non reuerebatur.ubi idem Diuus Dionyſ.ſubdit,Ideo indignus fuit authoritate. officio, & nomine iudicis.Iudex enim dicitur (ſecundum
29 eum) quaſi ius dicens, † qui ex omni parte debet eſſe iuſtitia decoratus,ne Deum cuius ipſe miniſter eſt, in aliquo offendat:ſubdens quòd ſecundum Philoſophum , iudex debet eſſe quaſi uiua lex,& animata iuſtitia:poſtea conqueritur , & dolet dicens. Sed
30 heu,multi † modò ſunt iudices huic conſimiles, qui cupiditate excęcantur,& munera diligunt,affectionem quoque magis,quàm rationem ſequuntur,non formidantes diuinum iudicium:quibus dicit Sapiens, Audite & diſcite iudices terræ,& cætera,quæ ſequuntur in libro ſapientiæ cap.6. Et certè multi ſunt , qui contra ma-
31 los & iniuſtos iudices † inuehuntur inter quos eſt Andreas ab Exea in cap.primo pag.257.num.470.cum pluribus ſequentibus uſque in finem dicti capitis,qui tamen primus laudat bonos,& iuſtos iudices:ponens,quæ requiruntur in talibus , & quæ fugienda, ſint,ut per eum in eodem capite pag.252.cum pluribus ſequentibus uſque ad dictum numerum 470.Et ut aliquando dicam quæ requirantur in bono iudice reperio diuerſas poſitiones: in primis Neuiz. ille referens Ioannem Pirrhum in.l.imperitia . de reg.iur.
32 enumerat † ſex requiſita,ſcilicet Peritiam, Bonitatem, Diligentiam,Eloquentiam,Conſtantiam,& Prudentiam. eadem fere omnia ponit dictus Andreas loco ſupra citato a num.461. uſque ad num.470.

Sed Diuus Dionyſius Carthuſianus ſuper capite ſeptimo Euangelij ſancti Ioannis ſuper illis uerbis, nolite iudicare ſecundum faciem fol.298.ſecunda facie ponit undecim requiſitæ:primum, uidelicet,quòd ad rectitudinem,ſeu ueritatem iudicis exigitur ut procedat ex lumine rationis , non ex impetu paſſionis allegat plura dicta,quæ habentur in libro Iob.& pro hoc dicto, & primo requiſito poſſent allegari plures leges.ego nunc allego tex.in ca. cum æterni iudicis tribunal,de ſententia, & re iudicat.in 6.ubi inter alia peruertendo rectum iudicium allegatur odium , reliqua omitto tanquam nota.

Secundum requiſitum ad rectum iudicium iuxta Diuum Dio-
33 nyſ.eſt,ut ſit ſine perſonarum † acceptione,ut ita iudicet paruum

ſicut

ſicut magnum, & e conuerſo, quia iudex non debet declinare ad dexteram, neque ad ſiniſtram: ut pet Areti.in §.cum ex aliena.ſub tit.de rerum diuiſio. ſecundo notab. inſtitu.& eſt textus in cap. in iudiciis de regu. in 6. ubi breuiter dicitur in iudicii s non eſt acceptio perſonarum habenda.

Tertium requiſitum eſt : ut ne clamori uel fauori plurimorum cedatur, pro quo eſt textus in l. decurionum. C. de pœnis.ubi ad literam legitur, quòd uanæ uoces populi non ſunt audiendæ,& gl. ibi exponit ideſt exaudiendæ. Et ſubdit,& ſic Pilatus male fecit:ut hic allegans alia iura concordantia.

Quartum requiſitum eſt,ut cauſa ignota,ſeu dubia, debitè inquiratur,pro quo eſt bonus text.in cap.iudicantem.30.quæſtione quinta in principio, & notatur in l.2. C. de edendo, & aliàs dixi ſupra.

Quintum eſt,ne propter timorem æquitas deſeratur,de hoc ẽt dixi ſupra dum allegaui dictum eccleſiaſticæ in ſeptimo cap.uide licet,noli quærere fieri iudex &c.ibi,ne forte extimeſcas faciem potentis, & ad hoc ponderanda ſunt uerba deſcriptionis iuſtitiæ, in quantum dicitur, Conſtans,& perpetua uoluntas. & facit illud dictum Philoſophi ſupra allegatum uidelicet, quòd magiſtratus uirum oſtendit:& uidetur dicendum,quòd ubi dicitur in iſto requiſito de æquitate ſolum, addatur, & iuſtitia, & pro hoc requiſito eſt tex.Euang.Sancti Matthæi cap.10.in quantum Saluator noſter dixit,Nolite ergo timere eos,qui occidunt corpus,animam autem non poſſunt occidere, ſed potius timete eum,qui poteſt et animã & corpus perdere in gehennam,& eſt tex.in d. ca. cum æterni.de ſententia,& de iudicata in 6.

Sextum,ne in iudicando pluſquam oportet, uel decet iudicans alicui compatiatur, pro hoc eſt textus in l. obſeruandum.ff.de officio præſid.ubi dicitur,quòd iudex non debet illacrimari præcibus calamitoſorum ; quia, ut dicit Albericus ibi ſi nimia ſeruatur humilitas regentis frangitur authoritas,& dicit lex quod iudex non debet eſſe clementior ipſa lege. §. oportet.in authentico de iudicibus.

Septimum ne iudex dona accipiat,ad quod Diony.allegat illud Exodi, Non accipias munera, quæ excęcant etiam prudentes,& ſubuertunt uerba iuſtorum,& pro hoc facit Neuiza.in Syl.dicto libro 5.fol.225.ſecunda faci e nume.93. cum pluribus ſequentibus

etiam

etiam in folijs ſequentibus, nam receptio munerum detegit auari tiam, ex illa uerò præſumi poteſt infidelitas dicit ipſe, qui proſequendo ampliat hæc dicta pluribus modis, ut per eum, qui uideri poteſt, & maxime, in ſeptima ampliatione, in qua ponit multa notabilia, & practicabilia.

Et quia dici ſolet, quòd iudex poteſt accipere eſculenta, & poculenta, quomodo id intelligendum ſit, uide eundem ubi ſuprà fol. 227. num. 99. per totam dictam ampliationem ſeptimam, & uide etiam Alberi. in hac re bene loquentem in l. plebiſcito. ff. de officio præſidis, & de dictis per eum in octaua ampliatione dixi ſuprà, & narraui aliàs uiſa per me in facto, in hac ciuitate, dum loquutus fui de illo iudice, qui introduxit in hac ciuitate illum abuſum, proferendi ſententias difinitiuas, prout in ſcriptis, & prout in cedula, & dedit cauſam edicto uidelicet Bullæ Clemen. ſeptimi de qua ſuprà.

Octauum, ne præces admittantur in præiudicium aduerſæ partis pro hoc habemus bonum tex. & gl. in l. nam ita diuus, de adoptio. ubi quòd ſi aliquis uelit impetrare à iudicibus confirmationem adoptionis debent citari illi qui ex ea lædi poſſent, & ſemper allegatur ille textus, qui uere eſt notabilis ad hoc.

Nonum requiſitum eſt, quòd altera pars audiatur, & unicuiq; permittatur cauſam propriam dicere, pro quo eſt tex. in l. de uno quoque, ff. de re iud. quam D. Hyppolitus repetijt, & in ſua repetitione plura exempla ad propoſitum adduxit, ex quibus corroboratur iſtud nonum requiſitum. Poſuit etiam idem Diuus Dyoniſ. decimum, & undecimum requiſitum, quæ non curo hic referre: q̄a
34 non ſunt admodum neceſſaria, ſed iudex, qui iuſtitiam † facit, & iudicium cuſtodit beatus uir à Propheta dicitur: quia mandatum Dei facit probatur Iſaiæ cap. 16. ad idem eſt bonus textus in Pſalmo 105. confitemini domino quoniam bonus in uerſ. tertio ad literam dicitur. Beati qui cuſtodiunt iudicium, & faciunt iuſtitiā in omni tempore, & ibi expoſitiones dicunt, quòd beati ſunt in ſpe, qui primò cuſtodiunt iudicium rectè iudicando, & bonum à malo diſcernendo: & deinde faciunt iuſtitiam exequendo in opere, & rectè agendo: & dicebat Sanctus Ioannes Euangeliſta in ſua
35 Epiſtola canonica, quòd iuſtitiam faciens † ex Chriſto natus eſt Epiſtola ſecúda: & iuſtus eſt q̄ ſicut ipſe Chriſtus eſt iuſtus in c. 3.
36 dictæ Epiſtolæ: & magis infra habetur ibi, quòd omnis qui † non

eſt

eſt iuſtus non eſt ex Deo, Alibi Pſalm. 88. incipiente, miſericordias domini &cæt. dicitur quòd iuſtitia,& iudicium præparant ſedem Dei, & ſcriptum eſt, quòd iuſtitiam apprehendentes multa
37 † bona,& commoda,ac honores conſequentur:& ſtulti appellantur qui non apprehendunt eam,& dicitur quod tales non uidebunt eam,quæ longe abeſt à ſuperbia, & dolo,& cętera quæ ſequuntur Eccleſiaſtici cap. 15. in principio,ubi etiam habetur de timore do-
38 mini, & de bonis ab eo homini † illum timenti prouenientibus, de quo tamen timore in ſacra pagina præſertim in pſalmis ſæpe habetur, ut in Pſalmo 110. vbi ſanctum,& terribile nomen eius, initium ſapientiæ eſt timor Domini. Et in Pſalmo 111. incipien. Beatus vir, qui timet Dominum in mandatis eius uolet nimis, & vlterius in eodem Pſalmo,habetur tali Deum timenti prouenientia bona multa,& deſiderabilia. Et in dicto Pſalmo 110. ibi, eſcam dedit timentibus ſe; & prouerbiorum primo, timor Domini principium ſapientiæ &c.

Cum igitur ex ſuprà deductis apertè cognoſcatur multa bona bonis iudicibus à Deo patre ueritatis eſſe promiſſa, vt etiam habetur in Pſalmo 36. incip. noli æmulari in malignantibus &c. Et
39 è conuerſo iniquis,& iniuſtis † innumerabilia mala,in hoc,& in alio ſęculo quis erit tam fatuus,& impudens,qui uelit donum Dei, & tam ingentes gratias, & promiſſiones illius factas bonis, & iuſtis iudicibus per os ſanctorum,& prophetarum illius relinquere, & ſe immiſcere ſordibus, & iniquitatibus propter quas iudices,
40 qui illis † adhærent notantur apud bonos, & graues viros in hoc ſæculo,& bonum nomen,ac famam amittunt:cum tamen ſcriptum
41 ſit apud ſapienrem,ꝙ melius eſt bonum nomen,quam diuitię multæ, & alibi, quod honor cunctis rebus eſt præferendus,ut eſt text. & ibi Ang.notat in l.miles.§.ſocer.ff.de adulterijs, imò videtur,ꝙ
42 † etiam proprię vitæ honor ipſe ſit præferendus per l.iſti quidem ff.quod metus cauſa,minusq; adhærendum erit diuitijs,quia ſcri-
43 ptum † eſt in Pſalmo 36. quod melius eſt modicum iuſto ſuper
44 diuitias peccatorum multas;quia iuſti † non confundentur in tempore malo,& in diebus famis ſaturabuntur: quia peccatores peribunt,ut in eodem Pſalmo legitur; ſupplicandum eſt igitur domino Deo altiſſimo Omnipotenti,& magno,vt illuminet corda prin
45 cipium † ad eligendos bonos iudices, qui habeant qualitates requiſitas ſuperius deſcriptas, ut ſic in ciuitatibus ipſis principibus ſubditis

46 ſubditis iuſtitia recta miniſtretur,† quia certè ubi non adeſt iuſti tia,ibi non eſt habitandum : quia ſine illa nihil aliud ſunt regna
47 † quam latrocinia,ut inquit Diuus Auguſtinus in libro 3. de ciuitate Dei,quem citat Marſi.in ſua declamatione, quam facit in ultima columna ſuæ repetitionis rubricæ. ff. de fideiuſſoribus, ubi ultra Diuum Auguſtinum allegat plures alios,& inter alios Diogenem dicere ſolitum, ꝙ in ciuitate,in qua leges † non ualent nō eſt
48 pernoctandum,& Ariſto.in 3.Polytic. firmantem impoſſibile eſſe ſine iuſtitia habitare ciuitates: quia ſicut Sol mundo lucem, ac cūctis rebus ſolet præſtare uitam, ſic populorum iuſtitia gaudium eſſe fertur. Benedictus Deus pro ſua miſericordia dignetur noſtras ſupplicationes exaudire, cui ſemper ſit honor & gloria in ſempiterna ſecula ſeculorum. AMEN.

Series Chartarum.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R.

Omnes ſunt Quaterniones.

BIBLIOTECA NAZ ROMA VITT. EMANUELE

LEGATORIA A. PANDIMIGLIO - ROMA -
1921